TRENT UNIVERSITY

LIBRARY
OF RELIGION

Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Kahle/Austin Foundation

https://archive.org/details/corpusscriptorum0063unse

# CORPVS SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM LATINORVM

EDITUM CONSILIO ET IMPENSIS
ACADEMIAE LITTERARUM VINDOBONENSIS

VOL. LXIII

## SANCTI AVRELI AVGVSTINI

OPERA (SECT. I PARS III):

CONTRA ACADEMICOS LIBRI TRES, DE BEATA VITA LIBER VNVS, DE ORDINE LIBRI DVO

EX RECENSIONE

PII KNÖLL

VINDOBONAE ◦ LIPSIAE
HÖLDER–PICHLER–TEMPSKY A. G.
MCMXXII

Reprinted with the permission of the original publishers

JOHNSON REPRINT CORPORATION
NEW YORK and LONDON

# SANCTI

# AVRELI AVGVSTINI

## CONTRA ACADEMICOS LIBRI TRES, DE BEATA VITA LIBER VNVS, DE ORDINE LIBRI DVO

RECENSVIT

PIVS KNÖLL

VINDOBONAE ◦ LIPSIAE
HÖLDER–PICHLER–TEMPSKY A. G.
MCMXXII

Reprinted with the permission of the original publishers

JOHNSON REPRINT CORPORATION

NEW YORK and LONDON

First reprinting, 1962, Johnson Reprint Corportion

LR
BR60 .C6 V63, sect. 1, pt. 3.

Printed in Germany

Lessingdruckerei Wiesbaden

# PRAEFATIO.

## I. DE ORIGINE LIBRORUM.

Opuscula tria, quae hoc uolumine continentur, prima sunt, quae a s. Augustino scripta nobis seruata sunt; nam illi *duo aut tres libri ‚De pulchro et apto'*, quos, cum adhuc Karthagine artem rhetoricam doceret, ad Hierium urbis Romae oratorem condiderat (Conf. IV 13, 20 sq.), nobis traditi non sunt neque ueri simile est eos illo tempore, quo Augustinus Retractationes librorum suorum scripsit, superstites fuisse. haec autem opuscula eo tempore composuit, quo peractis feriis uindemialibus anni p. Ch. 386 se professione rhetorica Mediolanensi abdicauerat et, ut ualetudini parceret, in agro Cassiciaco familiarissimi Vereeundi grammatici prope Mediolanium sito adhuc catechumenus nondum baptizatus cum matre propinquis familiaribus morabatur. orta sunt ex compluribus disputationibus, quas mense Nouembri eiusdem anni, cum ipse tricesimum tertium aetatis annum ageret (C. Acad. III 43. p. 80, 5, Soliloq. I 17), cum amicis et discipulis habuit. paucis enim diebus post quam Mediolanio relicto in uilla esse coepit, disputatio illa inchoata sed non absoluta est, ex qua libri *Contra Academicos* originem traxerunt (C. Ac. I 1, 4. p. 6, 10); libellum autem, qui *De beata uita* agit, non post libros *C. Acad.*, sed inter illos scriptum esse ipse in Retr. I 2, 1 testatur; ortus ex disputatione, quam die natali suo, ipsis Idibus Nouembribus anni 386 et duobus deinceps diebus habuit, tridui disputatione absolutus est. eodem modo etiam libros duos *De ordine* non post libros

*C. Acad.*, sed inter illos conscriptos esse ipse in Retr. I 3, 1 dicit.[1]) disputationibus librorum *C. Acad.* Licentius et Trygetius discipuli et Alypius familiarissimus (qui tamen non omnibus diebus aderat, cum saepius Mediolani moraretur), disputationibus triduanis libelli *De beata uita* omnes cognati ac familiares, qui Augustinum ex Africa secuti erant (p. 93, 18 sqq.), praeter Alypium, disputationibus librorum *De ordine* Licentius Trygetius Alypius Nauigius frater cum matre Monnica interfuerunt. ut pulmonibus parceret, notarius uel stilus adhibitus est, qui uerba colloquentium, sicut in Gestis fieri solebat (Retr. I 15, 1), tabulis ceratis exciperet, unde ab ipso Augustino postea in libros transferrentur (cf. I 1, 4. p. 6, 15 et p. 142, 14). hos igitur libros ipso mense Nouembri anni 386 coeptos et absolutos neque multo post amicis missos esse ueri simile est. libri *C. Acad.* Romaniano familiari et communicipi diuiti Thagastensi, patri Licentii, libellus *De beata uita* Mallio Theodoro, uiro docto et Christiano, libri *De ordine* Zenobio adulescenti, qui eum carmine, ut rem tractaret, prouocauerat (p. 134, 24), dedicati sunt. ipsos quidem *iam deo* seruire, *sed adhuc superbiae scholam tamquam in pausatione* anhelare ipse in Conf. IX 4, 7 confitetur. Libri *C. Acad.* et *De ordine* simili fere modo compositi sunt; nam dialogi forma in priore tantum parte seruatur, cum Augustinus in extrema parte (C. Ac. III 7, 15 — III 20, 45, De ord. II 7, 24 — II 20, 52), in qua summa opusculorum posita est, quid sibi uideatur, oratione continua exponat. libri enim *C. Acad.* ordiuntur a quaestione, num uerum inueniri ad beatam uitam necesse sit, quam Augustinus Licentio et Trygetio ludendi potius (cf. p. 44, 6) et exercendi causa, quam ut rem absoluerent, proposuit. qui cum Hortensio Ciceronis lecto limina tantum philo-

[1]) De tempore, quo singulae disputationes librorum *C. Acad.* et *De ordine* habitae sunt, praeter Maurinos (Vita II, 8, 3 sqq.) egit etiam D. Ohlmann, qui in dissertatione Argentoratensi, *De S. Augustini dialogis in Cassiciaco scriptis* 1897 p. 27 suspicatur disputationes, ex quibus libri *C. Acad.* orti sunt, diebus 10. 11. 20. 21. 22., disputationes autem librorum *De ordine* diebus 16. 17. 23. mensis Nouembris habitas esse, neque mihi longe a uero aberrare uidetur.

sophiae attigisse putandi sint, in tractanda quaestione mox defecerunt. eorum partes Alypius et Augustinus excipiunt. atque Augustinus omissa quaestione Academicorum de non assentiendo exponit ne ipsis quidem Academicis placuisse nihil percipi posse, cum sapiens eorum ipsam qua sapiens sit sapientiam percepisse putandus sit; sed Academicis fuisse morem occultandae sententiae sūae propter Zenonem et Stoicos. qua in re cum Alypius cum amico se consentire dixisset, Augustinus confitetur se quidem uerum nondum inuenisse, sed se non desperare fore ut aliquando uerum percipiat, cum adhuc iuuenis sit (C. Ac. III 43, p. 80, 5). quo significat se iam in eo esse, ut Academicorum doctrina relicta catholicam ueritatem amplectatur. pari modo etiam in libris *De ordine* cum disputantes de rerum ordine se tantae quaestioni impares esse ostendissent, Augustinus proposita quaestione omissa de disciplinis liberalibus deque ordine studendi quid sibi uideatur exponit (De ord. II, 7, 24).

## II. DE CODICIBUS.

Haec opuscula per medium aeuum lectitata et saepe descripta esse ex magno numero codicum, qui in bibliothecis Galliae Germaniae Britanniae Italiae asseruantur, colligitur. sed non omnia tria simul iisdem codicibus uetustioribus tradita sunt; plerumque enim libri *C. Acad.* cum libris *De ordine* coniuncti sunt, cum libellus *De beata uita* seorsum aliis codicibus traditus inueniatur. sed codicum longe maxima pars saeculo XI. recentior ex uetustioribus adhuc extantibus manasse lacunarum et mendorum consensu pro certo constat. quare necesse erat, ne apparatus criticus solito plus augeretur, maxima parte recentiorum codicum neglecta scripturas discrepantes ex uetustioribus tantum adnotare. uetustate quidem codices librorum *C. Acad.* et *De ordine* codicibus, quibus libellus *De beata uita* seruatus est, praestant; sed saeculis XIII. XIV. XV. libri *De beata uita* et *De ordine* multo saepius quam libri *C. Acad.* descripti sunt, sicut ex codicum recentiorum conspectu, quem postea afferam, apparebit. quae cum

ita sint, primum de codicibus librorum *C. Acad.* et *De ordine,* tum demum de codicibus libri *De beata uita* agam.

A. *De codicibus librorum Contra Academicos et De ordine.*

Codices librorum *C. Acad.* et *De ordine* in duas familias discedunt; sed non tantum inter se discrepant, ut non ex eodem codice parente intercedentibus duobus apographis oriri potuerint, quorum alterum lacunis nonnullis et mendis deprauatum interpolationibus carebat, quibus illud exemplar, origo alterius familiae, iam infectum erat. prioris familiae uetustissimus est

Parisinus n. 13369 (olim 220) signatus, membr., in quarto, saec. IX. exaratus, oriundus ex monasterio Corbeiensi, sicut inscriptio f. 1ʳ, quam manus s. XV addidit, indicat: *Liber sancti Petri Corbeiensis;* inde translatus in bibliothecam s. Germani a Pratis in bibliothecam Nationalem Parisinam uenit. in interiore inuolucri parte manus XI. fere saec. indicem opusculorum, quae hoc codice continentur, notauit: *In hoc uolumine **** libri augustini *** | demicorum III de ordine II Ad | uincencium uictorem de natura | et origine animae l. II | Responsiones aduersus quaestiones | perfidie arrianorum | De quantitate anime lib. I |* quem indicem manus admodum recens in uerso folio iterauit. singulae paginae linearum 27 sunt; quaterniones in imis marginibus foliorum uersorum litteris uncialibus *A*, *B* usque ad *K* notati sunt.

Liber a duobus librariis eiusdem temporis exaratus est ita, ut primi quattuor quaterniones, folia 2 ad 32, ab eodem scriba conscripti sint, qui non admodum scribendo exercitatus socordius rem gessit. nam saepe aut singulas litteras (uelut: *au⟨t⟩ forte, qua⟨n⟩tum, consedi⟨s⟩semus, sensi⟨s⟩set, ta⟨n⟩tum, f⟨r⟩ustrata, c⟨r⟩ede, ab⟨s⟩que carne⟨a⟩des*) aut syllabas (uelut: *adules⟨cen⟩tia, mu⟨ni⟩cipales, indu⟨bi⟩tanter, philo⟨so⟩phia, fa⟨ci⟩lius, sen⟨ten⟩tiam, patro⟨ni⟩, cla⟨ma⟩re, perci⟨pi⟩, inter⟨ro⟩gatus, diri⟨ge⟩ g⟨r⟩essum, sanc⟨ti⟩tatem, prae⟨si⟩deribus, me⟨di⟩ocribus* al.) omisit; nonnumquam etiam plura uerba propter uocabula similiter incipientia uel desinentia transiluit, uelut p. 10, 29. 15, 3. 19, 24. 33, 28 al., quae a correctore,

qui eodem fere tempore codicem emendauit, ex exemplari, unde descriptus erat, suppleta sunt. alias autem lacunas (p. 5, 11. 20, 26. 22, 13. 29, 25. 31, 2. 39, 24. 49, 20. 28) iam in codice, unde deriuatus est, extitisse ex consensu codicum HMP apparet. alter autem librarius, qui reliquam particulam libri III. *C. Acad.* et libros *De ordine* litteris multo nitidioribus a f. 33ʳ ad f. 78ʳ exarauit, multo diligentius rem gessit. descriptus est autem ex codice, qui, sicut consensus codicum HMP indicat, et lacunis quibusdam et mendis non paucis deprauatus erat, sicut lacunae p. 5, 11. 20, 26. 22, 13. 29, 25. 31, 2. 39, 24. 49, 20. 28 al. ostendunt; sed ab interpolationibus immunis erat.

Maurini codicem in adornanda editione sua adhibuerunt, sicut ex lineis rubricatis discrepantibus locis superpositis colligitur; multa etiam inde in editionem receperunt. In orthographicis sibi non constat, cum litterae consonae praepositionum in uerbis compositis non ubique assimilentur. tamen eum utpote uetustissimum in orthographicis secutus sum.

Codicem Vindobonam missum Vincentius Lekusch accuratissime contulit; praeterea adhibui tabulas lucis ope factas, quas photographicas uocant. de eo etiam J. Zycha in CSEL uol. LX p. XIII sq. paucis agit.

Codex Harleianus n. 3039 signatus, membr. fol. 110, 304 × 230 mm., saec. X. in. uel IX. ex., ut J. A. Herbert Londinensis iudicat, litteris Carolingicis minusculis scriptus; singulae paginae undetricenas lineas continent. fuit olim bibliothecae monasterii Arnsteinensis in dioecesi Treuerica, quod ex nota in fronte fol. 2 scripta colligitur: *Liber sanctae Mariae in Arystein.* praecedunt 1. *De Genesi contra Manicheos* a f. 1 ad 30, 2. *Contra epistulam fundamenti Manicheorum liber unus* a f. 30 ad 49; sequuntur inde a f. 49 ad f. 84 *Achademicorum libri tres* et a f. 84 ad 110 *De ordine libri duo.* codex in plerisque cum Parisino 13369 consentit, cum fere ubique eadem menda habeat, uelut exhibens p. 5, 24 *illuc* pro *ullus*, 17, 15 *non dubitauit*, ubi *non* abundat, 24. 27 *currit* pro *recurret*, 44, 6 *predicam* pro *redigam*, 53, 9 *falli* pro *falsa*, 58, 14 *ei syllae* pro *eis ullam*; praeterea eas-

dem lacunas atque Parisinus habet: p. 5, 11. 20, 26. 22, 13. 31, 2. 39, 24. 49, 20. 28. sed cum ex P non descriptum esse pluribus locis, ubi a codice P dissentit, euincitur; nam p. 14, 16 habet *uia* pro *ire*, 28, 13 recte *carmine* (*carmipaene* P), 28, 25 *uigentior* (*sui genitor* P), 55, 17 *familiarissimus* (*familiaris sonus* P), *pene* (*pena* P), 76, 26 *dedidicisset* (*dedicisset* P) al.

Codex correctorem expertus est, qui tempore librario fere par uerba ex alio fortasse exemplari emendare studebat, uelut mutans p. 9, 24 *quid* in *quod*, 21, 13 *perfruitus* in *perfructus*, 23, 19 *num* in *non*, 33, 7 *nostrumdere* in *nostrudere*, uel manifesta menda corrigens, uelut 142, 12 *purgatiores* superscribens uerbo librarii *probatiores*; uel suo arbitrio mutans ueram librarii scripturam uelut 142, 15 *disserta* in *desiderata*, uel lacunas explens uelut 132, 3. nonnumquam genuinam scripturam religiosius seruauit quam P, uelut p. 76, 26 exhibens *dedidicisset*, cum P mendose habeat *dedicisset*.

Codicem J. A. Herbert Londinensis contulit.

Codex Monacensis n. 14330 signatus, membr. 29 × 21 cm, olim bibliothecae monasterii ad s. Emmeramum Ratisbonensis, XI. saec. scriptus, ex uiginti duobus quaternionibus et uno semiquaternione, 179 foliis, constat, qui numeris antiquis in uersa foliorum parte notati sunt. in f. 1^r^ summa librorum, qui codice continentur, scripta est: praemissa (f. 1^r^ ad 2^u^) est Retractatio librorum *C. Acad.*; qui a f. 3^r^ ad 37^u^ sequuntur; liber III. explicit sine subscriptione; sequitur linea uacua relicta Retractatio librorum *De ordine*, qui inde a f. 38^r^ ad 67^r^ sequuntur. eos liber *De magistro* excipit, post quem demum liber *De beata uita* a f. 87^r^ ad 96^u^ sequitur, sed, ut uidetur, non ab eodem librario, qui libros *C. Acad.* et *De ordine* scripserat, exaratus, cum non solum ductus litterarum sed etiam compendia scripturae differant. scriptura librorum *C. Acad.* et *De ordine* diligens et accurata, libri autem *De beata uita* multo neglegentior esse perhibetur. liber postquam scriptus est, correctorem tempore paulo posteriore passus est; sed nonnumquam uix diiudicari potest, utrum correcturae a prima an ab altera manu profectae sint. hic illic librarius

uerba, quae in archetypo legere non potuit, omisit spatio ad inserendum uacuo relicto, quae lacunae postea a correctore plerumque expletae sunt, sed nonnullis locis etiam nunc hiant, uelut p. 43, 5, ubi *telum*, et 43, 6, ubi *tenus* additae non sunt.

Libros *C. Acad.* et *De ordine* ex exemplari ad familiam codicum *HP* pertinente, sed multo mendosiore descriptos es ex consensu scripturarum apparet; sed non ex P descriptus est. nam codex Monacensis a quibusdam mendis codicis P, uelut p. 28, 13. 25. 53, 22. 55, 17, immunis est et lacunae codicis P p. 31, 23. 33, 28. 51, 15—16 in M non hiscunt. Libellus uero *De beata uita* ex codice innumeris corruptelis deprauato descriptus esse uidetur; nam a tradito textu scriptoris tam frequenter differt, ut omnes scripturas discrepantes eius praesertim sub finem libri enumerare uix operae pretium sit. codicem contulit Lekusch.

Alterius familiae princeps est

codex Trecensis (*Fonds de Moutier-la-Celle*) n. 1085 signatus, membr., in quarto, s. XI. ab eodem, ut uidetur, librario exaratus, qui inde a f. 31$^{ra}$ paulo pallidiore atramento usus est. a f. 5 ad 33$^{ub}$ libros *C. Acad.* cum Retractatione et inde ad f. 53$^{ua}$ libros *De ordine* singulis paginis bipertitis exhibet. praecedunt tria folia s. IX. scripta cum titulo litteris uncialibus rubris depicto. *Incipit riuelatio sancti co*cod*mi et conuersio mamertini et actus beati giromani episcopi et confessoris.* liber sollerter scriptus fuit olim monasterii s. Petri et Frodoberti, sicut inscriptio indicat: *hic liber sancti petri sanctique frodoberti. qui eum bene custodierit custodiat dominus animam eius in uitam aeternam. et qui eum furatus fuerit uel abstulerit, deleat eum dominus de libro uitae aeternae. fiat f**** (*iat* ras.). codex non multo postquam scriptus est, a correctore retractatus esse uidetur, qui menda quaedam librarii correxit, uelut *suiauissimum* (p. 6, 5), *cumparatione, uerum* pro *unum*, *postridie* pro *post cum die* al., uel uerba ad summam pertinentia in marginibus addidit, uelut 8$^{ra}$: *Definitio erroris falsa*, 8$^{ua}$: *definitio erroris uera: uates aliena mente loquitur:* 9$^{ua}$: *De albicerio quodam res miras narrat,* al. praeterea etiam uocabulis minus cognitis apices adscripsit, plerumque recte uelut:

*témere, epicúrus, condítus, hercúlea, átomos* al., nonnumquam uero perperam, uelut: *tragoedíis, aiére, istúc, epicúrcus, metródorus, centrón.* in marginibus subinde imagines sat artificiose ac sollerter delineatae conspiciuntur, uelut f. 28$^{ua}$, ubi ad uerbum *grecanica* homo, f. 50$^{r}$, ubi ursus addita uoce *bestia* depicta est, alia. litterae initiales singulorum librorum posteriore tempore ab amatore aliquo exsectae sunt; quo factum est, ut et initia librorum manca tradita sint et in uersa folii pagina nonnulla uerba desint. in calce f. 227$^{u}$ summa opusculorum, quae codice continentur, a recentiore manu adiuncta legitur.

Codex ex exemplari descriptus est, quod nonnumquam quidem, sicut infra demonstrabo, uerius quam codices alterius familiae uerba scriptoris seruauit, sed tamen iam multifariam interpolationibus deformatum erat. cuius interpolationis specimina haud pauca in libris *C. Acad.*, plura uero et maiora in libris *De ordine* extant. de interpolationibus in libris *C. Acad.*, quae non tam magnae sunt quam in libris *De ordine,* infra pluribus agam. hic tantum addidisse sufficiat nonnumquam a librario huius libri uel codicis parentis etiam interpretamenta, quae explicandi causa uocabulis singulis superscripta erant, in textum recepta esse, uelut p. 18, 6 *coniectoribus somniorum,* ubi *somniorum* abundat; p. 42, 31 *uictoriae tuae*, ubi *tuae* sententiae repugnat; p. 72, 30 *seductor planus*, ubi *seductor* explicandi causa suprascriptum erat; p. 80, 9 *ut opinor arbitror.* manifestissima autem interpolationis specimina sunt in libro II. *De ordine,* p. 162, 21—26, ubi uerba: *semper erat — ordine uitae*, quippe quae neque cum antecedentibus neque cum sequentibus conecti possint, ex nescio quo alio libro adiecta esse patet; p. 128, 9 uerba *sic altus apollo incipias* (cf. Verg. Aen. X 875 sq.) ab interpolatore addita sunt. eodem modo interpolatione sensu carente temptatus est locus p. 176, 7, ubi interpretamentum mendose scriptum in textum receptum est. editores priores locis mederi studebant, cum p. 162, 21 *sed* addebant et p. 176, 7 nonnulla uerba codicum omittebant.

Codicem, de quo etiam J. Zycha in CSEL t. LX agit, ipse contuli.

Codex Casinensis n. 171, membr., in quarto, s. XI. scriptus, fol. 124, inde a f. 1 ad f. 45r libros *C. Acad.*, ad f. 58u librum *De beata uita*, a 89u ad 124 libros *De ordine* continet; inde a f. 58u ad 89r inserta sunt *Soliloquia*. libri secundi *De ordine* finis desideratur, cum codex in uerba: *quae iure et ha* . . . (p. 184, 14) desinat. liber plerumque cum codicibus HMP conspirat, uelut 3, 6 exhibens *manus* pro *manum*, 4, 26, ubi additamentum codicis T *ut suesti* deest; 6, 8 *quasi*; 8, 18 *uiuere*; 11, 1 *etiamsi* omisso *is*; 11, 18 *quaerit* omisso *perfecte*, 11, 20 *non uult* omisso *ille*, 14, 7 *recta* omisso *non falso*, 25, 7 *ad studia* omisso *peregrina*, 17, 23 *ille primo inquit* pro *ego pr. inquam* al. sed cum habeat interpolationes in libris *De ordine* p. 128, 9. 162, 21—26. 176, 7, eum ex interpolato exemplari deriuatum esse apparet. praeterea librarius nonnulla additamenta, quae sine dubio in archetypo supra lineas addita inuenerat, temere in textum recepit, uelut p. 95, 22 post *ipsam* uerba: *bonam nequitiae et frugalitatis nominum etymologiam* et p. 96, 18 post *dixerunt* uerba: *hinc item exordium atque* inserta sunt. lectiones autem discrepantes apparatui addere nolui, cum ad emendanda uerba scriptoris nihil suppeditent.

Codicem Casinensem n. 166, XI.—XII. s. scriptum ex Casinensi n. 171 ortum esse, cum in mendis et lacunis cum eo plane consentiat, J. Stowasser iudicat, qui utrumque contulit.

Codex Monacensis n. 4514, membr., in folio XII. s. scriptus, ex bibliotheca monasterii Benedictoburani, inde a f. 188ra ad f. 209rb solos libros *C. Acad.* paginis bipertitis exhibet. scriptus est a monacho Burchardo, sicut uersus eius indicant:

*Quem pro te, christe, scripsi liber explicit iste.*
*nunc, benedicte bone, mihi conseruando repone*
*tuque recompenses dignum, si modo censes.*
*quin, lector care, rogo burchardi memorare.*

sequitur in f. 201ra sqq. *Chronica burensis monasterii.* codex ex Monacensi n. 14330 uel e codice parente eius descriptus est, quocum lacunarum et mendorum concordia coniunctus est.

Codex Monacensis n. 17051, membr. in folio, XII. s. scriptus, prorsus cum antecedente codice consentit. fuit olim monasterii Scheftlarnensis.

Libros *C. Acad.* et *De ordine* complectitur codex Vindobonensis n. 1009, membr. in quarto, XII. s. exaratus; fuit olim bibliothecae monasterii *sancti geor⟨g⟩ii in Weltenburch* prope Kelheim. ex Monacensi 14330 originem traxisse uidetur, cum p. 5, 11 eandem lacunam habeat et p. 35, 23 scriptum legatur *facilius uel carius,* sicut in M; sed eo multo mendosior est. Monacenses et Vindobonensem ipse contuli.

Codex Bambergensis B. III. 10 (nunc Patrist. 25), membr., in quarto, XII. s. scriptus inde a f. 2ʳ ad 31ᵛ solos libros *C. Acad.* praemissa Retractatione continet. alteri familiae codicum, cuius princeps Trecensis est, annumerandus est, cum fere easdem interpolationes quas iste habeat: uelut p. 3, 12 *ipsa fortuna,* 6, 8 *quem quasi,* 38, 24 *non enim si* pro *si enim,* 17, 23 *ego primo inquam* pro *ille pr. inquit,* 29, 20 *pro me roga* scriptum est. praeterea etiam ex Retractationibus interpolatus est; nam p. 5, 24 pro *ullus sensus* legitur *mortalis corporis sensus* ex Retract. I 1, 4. discrepantiam scripturae non addidi, cum ad recensenda uerba nihil ualeat. contuli ipse.

Codex Parisinus n. 16725, membr., XII. s. scriptus, ex bibliotheca s. Martini in Campis *(s. Martin des Champs)* omnia tria opuscula complectitur. qui etsi in quibusdam minoris momenti cum familia codicum HP consentiat (uelut p. 3, 6 *manus,* 4, 26 om. *ut suesti*), tamen plerumque cum T facit, uelut p. 3, 12 *ipsa fortuna,* 17, 23 *ego primo inquam,* 25, 7 *peregrina studia,* 29, 20 *pro me roga,* 30, 3 *profecto ubique* al., ut eum alteri familiae annumerandum esse uix dubites. sed multo plures corruptelas passus est, uelut p. 3, 16 *respirare iam diu parat* exhibet, alia praeterea plura et grauiora in libro *De beata uita*: p. 100, 16 legitur *inflatius* pro *inflat uiscera,* p. 106, 7 lacunam suo Marte expleuit addens uerba *qui beatus non est.* in libris *De ordine* p. 128, 9. 162, 21. 176, 7 easdem quas T interpolationes exhibet.

Codex Parisinus bibl. Mazarinianae n. 623, membr., XII. s. ex. scriptus, inde a f. 15 libros *C. Acad., De beata uita, De ordine* continet. ferme ubique cum T consentit uelut p. 3, 6. 12. 4, 4. 26. 5, 11. 13. 25, 7. 12. 20. 26, 20. 29. 15.

20. 30, 3. 38, 24. sed artiore cognatione cum Parisino 16725 cohaeret; nam in libro *De beata uita* p. 106, 7 lacunam isdem uerbis quibus Parisinus 16725 explet, quocum etiam his locis conspirat: p. 90, 18 *patriam* pro *uitam*, 100, 16 *inflatius* pro *inflat uiscera* habet; 93, 4 ante *disputationum* inserit *aliquid*.

Codex Gratianopolitanus n. 204, membr., XII. s. scriptus, olim Cartusiae *des Portes*, libros *C. Acad.*, *De beata uita*, *De ordine* continet; qui cum mendorum communione artissime cum Parisino n. 16725, quem supra descripsi, cohaereat, ex eodem fonte fluxisse censendus est; nam p. 3, 16 etiam in eo legitur: *respirare iamdiu parat* et 5, 24 ex Retractatione interpolatus est: *mortalis corporis sensus*. in libris *De ordine* interpolationes p. 128, 9. 162, 21. 176, 7 exhibet, in libro *De beata uita* p. 106, 7 lacunam neque indicat neque explet; in nonnullis autem proxime ad Ambrosianum (uide infra) accedit, uelut p. 99, 21 *coagitaueruntque*, 92, 21 *eamque* pro *atque*. contulit Henricus Lebègue.

Codex Trecensis n. 40 uol. I, formae maximae, membr., XII. s. scriptus, ex bibliotheca *sanctae Mariae de Clara Valle*, quod corpus Augustinianum etiam haec tria opuscula inde a f. 31[ub] continet; in libris *C. Acad.* et *De ordine* proxime accedit ad Trecensem n. 1085, uelut p. 4, 26 *ut suesti*, 8, 18 *uincere* pro *uiuere*; in libris *De ordine* p. 128, 9. 162, 21. 176, 7 etiam ipse interpolatus est. in libro *De beata uita* affinitate quadam coniunctus est Ambrosiano, cum p. 89. 27 *laeti*, 91, 22 *summe diuina*, 92, 17 *fessamque* exhibeat. ad recensionem nullius pretii est, cum ceteris multo mendosior sit. contuli ipse.

Praeter codices quos descripsi libri *C. Acad.* etiam in his codicibus extant:[1])

a) Andegauensi n. 292 (283) s. Albini. XII. s., Parisino n. 1936 (olim *de Bethune*) XIV. s., Parisino bibl. Armamentarii n. 350 (397), XV. s.;

b) coniunctos cum libris *De ordine* et *De beata uita* exhibent: Parisinus n. 1907 (olim Tellerianus), XIII. s., Roto-

---

[1]) Codices ex catalogis summa assiduitate exscriptos notauit Lekusch

magensis n. 478 (A. 71 *Fécamp-Ancien* A. 399), XII. s., Abrincensis n. 92, XII. s., Victoriacensis n. 45 *(Cheminon)*, XII. s., qui tantum excerpta ex libris habet; Duacensis n. 261 (*Abbaye d'Anchin* G 449) XII. s., Traiectinus n. 62, XV. s., Oxoniensis Misc. 138 (ol. 1567) XIII. s., Hauniensis (p. 449 *Tottske*).

c) cum libris *De ordine* coniunctos habent Laudunensis n. 128 *(Notre Dame de Laon)* XIII. s., Audomaropolitanus n. 81 *(Abbaye de Clairmarais)* XIV. s., Parisinus *(bibl. Mazarin.)* n. 640 (279) XV. s., Auenionensis n. 228 XIII. s.

d) cum libro *De beata uita:* Parisinus 1936 (ol. *de Bethune*) XIV. s., Oxoniensis Bodl. (*d'Orville* X 16, 20) XV. s., Leodiensis n. 118 *(Couv. de Croisiers de Liège)* XV. s.

B. Libros *De ordine* exhibent hi codices:

HMPT, de quibus uide supra p. 4—8; praeterea

Andegauensis n. 166 (158) signatus, membr., IX. s. scriptus, ex bibliotheca monasterii s. Albini Andegauensis, congregationis s. Mauri, sicut in fronte folii 2 annotatum est. codex a librario ex exemplari iam mendoso parum diligenter descriptus a correctore aetate paulo inferiore retractatus est, qui etsi menda nonnulla correxit, tamen alia temere inseruit, uelut scribens p. 131, 7 *dubitauerit* pro *debuerit*, 145, 5 *mea* pro *nostra*, 150, 5 *uel imperem* pro *impero*, al. praeterea in marginibus uerba ad summam loci pertinentia adscripsit, uelut p. 137, 12: *Nota: quales sibi exibeat deus coniux optimus animarum;* al.

Codicem ad familiam interpolatorum librorum pertinere et ex additamentis p. 128, 9. 162, 21—25. 176, 7 et ex consensu lectionum cum T apparet. sed uerba scriptoris in eo mendosiora sunt quam in Trecensi, sicut ex p. 121, 4 *consequi* pro *cum sequi*. 123, 21 *exiet erroris*, 129, 4. 130, 9. 131, 18 al. uidere licet. ita fit, ut codex, quamuis uetustissimus alterius classis sit, nihil probi ad emendanda scriptoris uerba suppeditet. contulit Henricus Lebègue.

Codex Metensis n. 125 signatus, ex monasterio s. Arnulphi, membr., XI. s. scriptus, a f. 33$^{u}$ ad 49$^{u}$ primum librum *De ordine* integrum et alterius particulam complectitur; desunt

enim libri II 4, 12 (p. 154, 26) ad II 5, 17 (p. 158, 11) inde a *nam ea dicitis* ad *pro docto credulum.* liber II. desinit in uerbum *uituperetur* (p. 166, 25), ut §§ 28 ad 54 desiderentur. codex multis correcturis deformatus ad familiam codicum HP pertinet, cum ab interpolatione p. 162, 21—26 immunis sit; artiore cognatione cum Harleiano cohaeret, cum uerba p. 132, 3—4 *necesse — contrarium,* quae librarius codicis H omiserat, etiam in Metensi desint. librarius in describendo neglegenter rem gessit; nam multa uerba (uelut p. 122, 18 *cerneret*, 122, 19 *in,* 122, 28 *ipse* al.) per oscitantiam omisit. contuli ipse.

Codex Parisinus n. 9546 (suppl. lat. 118), membr., XI. s. scriptus, non integros libros exhibet, cum libri II §§ 14. 15. 16 et prior pars 17. et §§ 28—54 sicut in Metensi desint; desinit enim in uerbum *uituperetur.* familiae codicum HP annumerandus est, cum etiam ab eo interpolatio p. 162, 21—26 absit.

Codex Parisinus n. 371 *(Nouv. acquis. lat.)* membr., XI. s. scriptus, ex bibliotheca monasterii *de Floreffe,* item mutilus est, cum in ipso §§ 14. 15. 16 et prior pars § 17. libri II desint. sed ad familiam non interpolatam pertinet, cum interpolationibus p. 162, 21—26 et 176, 7 careat.

Praeterea libros *De ordine* solos etiam hi codices continent:

a) Cheltenhamensis bibl. Th. Philipps, n. 16278, IX. s., qui tantum excerpta ex libris exhibet. Oxoniensis Bodl. n. 132, XIII. s., Aberdeenensis *Kings-Coll.* $D^2$ 5, 38, XIV. s., Parisinus n. 2037 (ol. *Colbert.*) XII. s., Parisinus n. 2046 (ol. *Carmel. Par.*) XIV. s., Parisinus n. 5338 (ol. *Colbert.*) XIII. s., Parisinus bibl. Mazarinianae n. 632 (274) XIII. s., Camaracensis 161 (157) XIII. s., Monacenses n. 18177 (ol. *Tegernsee.*) XV. s., n. 22220 (ol. *Windberg.*) XII. s., n. 26638 (ol. *August.*) XV. s., Treuericus n. 129. XV. s., Hauniensis Gl. Kongl. S. Fol. 31., Gottingensis Theol. 93. XV. s. (Excerpta), Salisburgensis bibl. s. Petri a. VII. 26. XI.—XII. s. (Excerpta).

b) libros *De ordine* cum libro *De beata uita*: Parisinus n. 2983 (ol. *Colbert.*) XIII. s., Parisinus bibl. Armamentarii n. 307 (447 T. L.) XIV. s., Tolosanus 165 (J. 221.) XII. s., Vaticanus Palat. lat. n. 194., XIV. s.

C. *Codices libri De beata uita.*

Liber *De beata uita* non integer nobis seruatus est; in medio enim fere libro lacuna hiat, quam omnes quotquot mihi innotuerunt codices exhibent quamque iam iis temporibus, quibus Augustinus opera sua retractauit, exstitisse ipse in Retractatione libri I 2, 4 testatur. editores quidem eam uerbis nonnullis additis explere studebant; sed dubium non est, quin lacuna maior fuerit, quam ut paucis uerbis expleri possit. quod ex ipsius Augustini uerbis concluditur; dicit enim in Retr. I 2, 4: *istum librum in nostro codice interruptum repperi et non parum minus habere ... nec adhuc apud aliquem integrum inueneram*; et *De beata uita* 4, 23 (p. 106, 25) *dictum* esse *a matre nihil aliud esse miseriam quam egestatem* seque istam sententiam matris laudasse (p. 106, 13); quae uerba in iis, quae praecedunt, frustra quaeruntur. inde etiam apparet, cur Augustinus ipse, cum circa annum 427 opera sua retractaret, lacunam non sustulerit; neque enim quadraginta annis transactis iam recordabatur, quid mater et quid ipse locutus esset, ut miseriam egestatem esse probaret. falluntur igitur Maurini, cum libellum *De beata uita* integrum esse neque quidquam desiderari censent (*Vita Aug.* II 7).

In libro *De beata uita* recensendo praeter Monacensem n. 14330 et Casinensem n. 171 ceterosque quos supra laudaui codices adhibui codicem **Ambrosianum** M. 67. sup., in quarto, membr., fol. 191, X.—XI. s. scriptum, qui inde a f. 167ʳ ad 179ᵘ hunc librum exhibet. fuit olim monasterii Bobiensis, sicut in f. 1 annotatum est: *Liber sancti columbani de bobio (n. 436)*. praecedit a f. 1—167 *synodus VI Constantinopolitana*, sequitur a f. 179—191 Augustini liber *De duobus animis.*

Codex ex bono exemplari a librario diligenter et attente descriptus paucas tantum correcturas expertus est, quarum aliae a librario ipso, aliae a correctore aetate paulo recentiore profectae esse uidentur. etsi non omnino mendis caret, tamen ceteris transalpinis codicibus bonitate adeo praestat, ut eum ducem in recensendis uerbis sequendum esse non dubitandum sit. Maurini eum non adhibuerunt; quare haec

editio ab eorum recensione multum differt. contulit J. M. Stowasser; praeterea adhibui tabulas lucis ope factas.

Codex Londinensis musei Britannici add. mss. n. 10940, membr., fol. 135, 226 × 167 mm, XI. s. scriptus inde a f. 17ᵘ librum *De beata uita* continet. singulae paginae bipertitae 31 ad 34 linearum sunt. fuit olim monasterii s. Maximini Treuerensis, sicut in f. 3ᵘ et 4ʳ annotatum est: *Codex sancti maximini, si quis abstulerit in eternum moriatur.* et: *Hic codex monasterii sancti maximini extra muros Tr(euirorum)*, unde emptione in Museum Britannicum translatus est. antecedit Augustini liber *De magistro*, sequuntur libri *De libero arbitrio* et *De uera religione*. codex a librario diligenter exaratus correctorem expertus est, qui menda quaedam primae manus emendauit. contulit J. A. Herbert.

Codex Metensis n. 138, membr., in quarto, ex monasterio s. Arnulphi, XI. s. e mendoso archetypo neglegenter descriptus, a correctoribus, ut uidetur, duobus radendo et corrigendo ita retractatus est, ut saepe quid librarius, quid correctores scripserint, uix dinoscas, quamquam ille fuluiore, hi nigriore atramento usi sunt. iam exemplar, unde descriptus est, mendosissimum fuisse ex multis lacunis et mendis, quae in codice insunt, apparet. cum Monacensi n. 14330 saepe consentit, quamquam etiam hunc mendositate longe superat, uelut e. g. p. 90, 7 exbibens: *uirorum transierint* pro uero *hominum truserint* al. uariam lectionem eius non adieci, cum nullius pretii ad emendanda uerba sit. contuli ipse.

Libellum *De beata uita* saeculis XII. ad XV. propter materiam tractatam multo frequentius lectitatum et descriptum esse quam libros *C. Acad.* et *De ordine* ex magno numero codicum recentiorum, qui in bibliothecis asseruantur, apparet. libellum hi codices exhibent: Diuionensis *(anciens fonds)* n. 152 (119 *Citeaux*) XII. saec. Cabillonensis n. 6 (5—6) *(La Ferté sur Grosne)* XIII. et XIV. s. Victoriacensis n. 11 *(Cheminon)* XII. s. Ambianensis n. 215 *(Corbie 185)* XV. s., Trecensis n. 610 (Clarae Vallis G. 16) XII. s, Bononiensis (Boulogne s. mer) n. 49 (s. Vedasti Atrebatensis) XIII. s., Parisinus n. 627, (276) *bibl. Mazarin.*, Parisinus n. 1639

(541) *bibl. Mazarin.* XIV. s., Parisinus n. 354 (402 T. L. *bibl. Armamentarii*) XII. s., Parisinus n. 214 CC l. in fol. 8 *(bibl. Geneviève)* XIII. s., Berolinensis n. 28 Phil. 1656 (Rose XII, 1) XIII. s., Monacensis n. 16064 (s. Nicol. 64) XIII.—XIV. s., Erlangensis n. 145, XIII. s., Monasteriensis n. 137 (728) XV. s., Coloniensis n. LXXVII (Darmst. 2078) XII. s., Traiectinus n. 67 (bibl. uniuers.) XV. s., Leodiensis n. 117 *(cour. des Croisiers de Huy)* XVI. s., Treuericus n. 161 et 166, XV. s., Oxoniensis misc. n. 136 (ol. 1555) XV. s., Londinensis Add. mss. n. 17293, XIII. s., Vaticanus Palatinus lat. n. 312, XII. s., Salisburgensis s. Petri V. 47, Zwetlensis n. 299, XII. et XIII s., Sanctae Crucis in Austria inferiore n. 209, XII. et XIII. s., n. 299, XIII. s.

## III. DE EDITIONIBUS.

Praeterea ad recensionem his editionibus usus sum:

1. editione libri *De beata uita,* quae prodiit sine loco et anno, cuius exemplar in bibliotheca uniuersitatis Bonnensis asseruatum a me rogatus praepositus bibliothecae liberalissime Vindobonam misit; eius lectiones discrepantes littera **p** signaui. facta esse uidetur ex codice Londinensis simillimo.

2. editione Amerbachiana, quae Basileae a. 1506 prodiit; facta est ex codice deterioris notae, sicut ex lectionibus, quas littera **a** signatas in apparatu addidi, intellegitur;

3. editione Benedictinorum Maurinorum, cuius discrepantes scripturas littera **m** signaui.

In crisi factitanda discernendum est inter singulos libros. nam in libro *De beata uita* recensendo uix cuiquam dubium fore puto, quin codicem uetustissimum atque integerrimum Ambrosianum sequendum esse arbitretur. at in libris *C. Acad.* et *De ordine* examinandis considerandum est codices HP non ubique bonitate adeo praecellere, ut solos duces sequi possis: nonnumquam enim in iis uerba scriptoris corrupta esse patet. cum genuinam scripturam potius codex Trecensis seruauerit; uelut e. g. uerba in codicibus HP propter uocabula similiter incipientia uel desinentia exciderunt, quae in T leguntur:

p. 5, 11. 20, 26. 22, 13. 29, 25. 31, 2. 39, 24. 49, 20. 28. quae iam in parente codicum HMP defuisse ueri simile est. genuinam praeterea scripturam T seruasse censendus est p. 16, 1 *mox ut* pro *mox*; numquam enim, quantum scio, Augustinus aduerbium *mox* pro *mox ut* coniunctionis uice usurpauit; cf. *De ord. II 9, 26 (p. 166, 1)*; *Conf. IV 4, 8 (p. 69, 19)*; *De nat. et or. an. I 20, 35 (p. 335, 17)*; *III 4, 4 (p. 363, 24)*; p. 32, 9 *probabili* pro *probari*; p. 33, 7 *nos trudere* pro *nostrum dere* (P) uel *nos tundere* (H); 44, 6 *redigam in cistas* pro *praedicam in cista;* 46, 4 *uacauit* pro *uacuit*; nam etiamsi haec forma hic illic in operibus s. Augustini occurrat (cf. Retr. II 28, 1 p. 134, 8), tamen mihi ueri simile non uidetur eum illo tempore, cum adhuc sermonem Terentii Ciceronis Vergilii imitabatur, hanc formam usurpasse; p. 46, 9 *miserati nos* pro *miserati nostri*; in Confessionibus enim *miserari* non nisi cum accusatiuo iungitur; cf. Conf. I 13, 21 (p. 18, 16). III 2, 3 (p. 46, 5). III 6, 11 (p. 53, 7). VI 12, 22 (p. 136, 19); p. 50, 19 *quod* pro *quo*; 53, 9 *falsa* pro *falli*; 56, 19 *conditus* pro *concidit*; 57, 4 *interrogetur* pro *interrogentur*; 58, 14 *eis ullam* pro *ei syllae;* 58, 28 *ista uilissima* pro *stabilissima*; 76, 1 *moralibus* pro *mortalibus*. at aliis locis Trecensis, sicut iam supra dixi, aut interpolationibus aut corruptelis manifestis temptatus est, cum soli codices HP genuina uerba scriptoris seruasse iudicandi sint. interpolationis certissima specimina sunt in libris *De ordine* p. 128, 9 *sic altus apollo incipias* (cf. supra p. 8); 162, 21—25 quae uerba contextum turbare nemo non uidet, sed unde sumpta sint dicere non possum; 176, 7 *quaerendumne — filius musus,* quae frustra Maurini emendare conati sunt. in libris *C. Acad.* p. 3, 12, ubi *fortuna* abundat; 4, 26, ubi uerba *ut suesti* ex interpolatione orta esse uidentur, cum enarrationem asyndeticam turbent, quod a loquendi more Augustini alienum est; uide indices. 6, 8 ubi *quem* ante *quasi* ab interpolatore intrusum est, cum *quasi* pro aduerbio acciperet. 14, 7 ubi *non falso* abundat. eodem modo p. 25, 7 *peregrina* interpolatione irrepsisse uidetur. ueriora autem codices HP his locis exhibent: p. 17, 5 *potis esset* pro *potuisset*;

nam Augustinus in his libris Terentii sermonem imitari amat; 17, 17 *at* pro *aut*; 17, 23 *ille: primo, inquit* pro *ego: primo, inquam*; haec enim sunt, ut ex sequentibus elucet, uerba Trygetii contra Licentium disputantis, non Augustini; 19, 21 *existimans* pro *existimas*, cum ad Albicerium referendum sit; 21, 22 *modeste* pro *moleste* (cf. 38, 24); 27, 12 *fame* pro *fama*; 38, 24 *si enim* pro *non enim si*; 44, 1 *suae* pro *tuae*; 29, 21 *aut te ipse promereor* pro *tu te ipse pro me roga*; *promereor* mihi propterea uerum esse uidetur, quia Augustinus, qui uerbum *promerendi* in Conf. XIII 2, 2 sqq. saepius usurpat, dicit sibi non solum precibus opus esse, sed sibi etiam aliquid iuris esse; lectionem codicis T et editionum me non intellegere fateor; p. 35, 26 *uos* pro *uobis*; 47, 4 *disserendum* pro *discernendum*, quod sensui non conuenit; 49, 25 *dixisti* post *uideri* interpolatione in T irrepsit; 50, 26 *meretur* pro *mereretur* libri T, quod sensui non conuenit; 56, 12 lectio codicum HMP *dicendo* mihi scripturae codicis T *docendo* praestare uidetur, cum Augustinus p. 56, 4 se propter ualetudinem *oratione perpetua* uti nolle dicat; docere enim etiam interrogando et respondendo poterat; 56, 20 *ut nonnullis autem* lectioni codicis T *nonnulla autem* praeferendum est, ut uerba, quae praecedunt: *ut mihi uidetur* ostendunt; eodem modo in loco Ciceroniano p. 57, 18 codices HP soli ueram lectionem *Liber* pro *libera* (T) seruauerunt; p. 69, 14 lectionem *mendicissimam* pro *mendacissimam* genuinam esse ex uerbis *fame necet* apparet. praeterea codices HP genuinam scripturam exhibent p. 19, 16 *adminiculare* (cf. p. 25, 17 *adminiculasti*) p. 23, 20 *omnino* pro *omnium*; 44, 1 *suae* pro *tuae* (cf. p. 42, 22 sqq.); 56, 7 *captiuus* pro *captus* (uide indicem III.); 68, 2 *formidabis* pro *formidabit*; 72, 1 *doctorum* pro *doctiorum*; ipse enim p. 90, 7 se stultum esse fatetur; 78, 23 *derecto* (corruptum ex *directo*) pro *decreto* al.

Testimonia ex scriptoribus, quibus Augustinus usus est, apposui, ubicumque mihi manifesta similitudo inter Augustini uerba eiusque fontes extare uidebatur, quamquam non ignorabam Augustinum, qui tenacissima memoria praeditus Ciceronis libros frequenter lectitauerat, saepissime uocabula locutiones-

que Ciceronianas usurpasse; uelut iis quae attuli etiam haec adiungi possunt: p. 37, 6: *quam patris similis est* sc. *filius* cum Cic. Fin. V 12 *cur non potuerit patris similis esse filius*; p. 75, 24: *de moribus uitaque tractamus* cum Cic. Resp. I 16 *de uita et de moribus quaerere.* de iis locis, quos Augustinus ex Ciceronis Hortensio mutuatus esse uidetur, disputauit D. Ohlmann, qui in dissertatione supra laudata de primo libro *Contra Academicos* agens praeter eos quos iam Otto Plasberg[1]) adnotauerat locos etiam haec ab Augustino inde sumpta esse existimat: p. 7, 15—18 *quis dubitauerit — dici potest,* 8, 29—9, 4 *nihil ab homine — est culpa sapientis,* 10, 16—20 *ueritatem — sed tamen hominem,* 10, 26—11, 2 *at hoc ipsum — ita natus est,* 12, 14 *error — approbatio,* 21, 7—13 *cum ab omnibus—perfruitus.* de libris II et III praecipue agit P. Drewniok, cuius dissertatio[2]) mihi textu editionis iam typis absoluto in manus uenit. qui etsi in inuestigandis similitudinibus inter Augustini Ciceronisque libros aequo longius mihi processisse uidetur, tamen quae expiscatus est, hic loci adiciam, ne quid huic editioni deesse uideatur.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Cf. editionis | p. | 1, 13 | cum | Cic. | Ac. I 29. |
| „ | „ | 3, 11, 13 | „ | „ | Tusc. V 2. |
| „ | „ | 25, 26 | „ | „ | Resp. VI 14. |
| „ | „ | 27, 11 | „ | „ | Off. I 15. Resp. I 56. |
| „ | „ | 27, 19 | „ | „ | Fin. IV 18. |
| „ | „ | 32, 14 | „ | „ | Ac. II 108. |
| „ | „ | 33, 29 | „ | „ | „ I 45. |
| „ | „ | 34, 1 | „ | „ | „ II 68. |
| „ | „ | 34, 5 | „ | „ | „ II 70. |
| „ | „ | 35, 2 | „ | „ | „ II 32. |
| „ | „ | 37, 15 | „ | „ | „ II 35. |
| „ | „ | 41, 29 | „ | „ | „ II 99. 104. |
| „ | „ | 46, 15 | „ | „ | Fin. V 12. Tusc. V 25. |
| „ | „ | 48, 8 | „ | „ | Ac. II 103. |
| „ | „ | 48, 14 | „ | „ | „ II 112. |
| „ | „ | 49, 5 | „ | „ | „ II 115. |
| „ | „ | 50. 25 | „ | „ | Tusc. V 6. |

[1]) De M. Tullii Ciceronis Hortensio dialogo. Lipsiae 1892.
[2]) De Augustini Contra Academicos libris III. Vratislauiae 1913.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Cf. editionis | p. 52, 21 | cum | Cic. | Ac. II 105. |
| „ | „ 53, 14 | „ | „ | Leg. I 22. |
| „ | „ 56, 4 | „ | „ | Fin. I 29. |
| „ | „ 60, 29 | „ | „ | „ III 23. |
| „ | „ 62, 14 | „ | „ | Ac. II 36 sq. |
| „ | „ 64, 5 | „ | „ | „ II 119. 121. 125. 128 |
| „ | „ 66, 16 | „ | „ | „ II 19. 21. |
| „ | „ 67, 31 | „ | „ | „ II 51. |
| „ | „ 75, 24 | „ | „ | Resp. I 16. |

---

Haec ante octennium scripta et iam typothetis tradita erant, ut imprimerentur, cum comperi codicem antiquissimum Remensem ab eo, qui libros manuscriptos ex catalogis bibliothecarum conquisitos mihi ad recensendum tradiderat, praetermissum esse. quem cum Academia litterarum omitti nollet, ne quid in recensendis his opusculis deesse uideretur, statim omnem operam nauauit, ut hic liber Remis Vindobonam ad conferendum mitteretur. at priusquam hoc fieret, bellum atrocissimum exortum est. quo omne commercium litterarum interruptum est. quo denique finito rursus Academia summa ope atque opera enixa est, ut resciseeret, num codex adhuc superstes esset et ubi asseruaretur. quo comperto Academia doctissimum et humanissimum praefectum bibliothecae nationalis Parisinae Henricum Omont precibus adiit, ut liber Parisiis conferretur. quod cum uiri docti facere recusarent, tandem impetratum est, ut liber Remis Parisios missus lucis ope excuteretur. tabulae igitur photographicae summis impensis Academiae factae et Vindobonam transmissae a me collatae sunt.

Codex Remensis n. 382, membr., s. IX. scriptus inde a f. 20[r] (98) ad f. 92[v] (171) libros tres Academicorum et duos *De ordine* complectitur. praecedunt Retractationum libri. liber a duobus, ut mihi quidem uidetur, librariis scriptus est, quorum prior a f. 20[r] ad f. 39[r] minoribus litteris accuratissime ac diligentissime rem gessit, cum alter inde a f. 39[r] ad f. 92[v] socordius officio suo functus sit, ita ut praesertim in libris *De ordine* multa menda reperiantur. singulae paginae foliorum

20 ad f. 76$^{v}$ uicenas senas, inde a f. 76$^{r}$ ad f. 92 uicenas quinas lineas habent. codex postquam a librario absolutus est, duos correctores expertus est; prior aetati scribae fere suppar textum cum archetypo contulisse et nonnulla menda sustulisse uidetur *(m 1)*; saeculo autem fere XI. uel XII. alius corrector librum cum codice alterius familiae contulit et differentiam scripturae lectionibus tamen primariis non erasis supra lineas adscripsit *(m 2)*. sed hoc tantum in libris Academicorum factum est, cum uestigia huius correctoris in libris *De ordine* uix inueniantur. saeculo autem XVII. Maurini editores etiam hunc librum in adornanda editione sua adhibuerunt, sicut lineae rubrica ductae et discrepantibus lectionibus suprapositae indicant; in libris *De ordine* Maurini aperta quaedam menda codicis stilo rubro notata correxisse uidentur.

Liber olim fuit Hincmari archiepiscopi Remensis, qui eum ecclesiae sanctae Mariae Remensis dono dedit, sicut in inferiore margine foliorum 23$^{u}$ et 24$^{r}$, 44$^{u}$ et 45$^{r}$, 68$^{u}$ et 69$^{r}$, 84$^{u}$ et 85$^{r}$ adnotatum est: HINCMAR̃ ARCHIEP̃S DED̃ SCÃE MARIAE REMENSI.

Itaque fere coaetanei sunt codices Parisinus n. 13369 et Remensis n. 382 neque admodum uerisimile est alterum ex altero originem traxisse, id quod etiam ex ipsis codicibus probari potest. nam Remensem ex Parisino non descriptum esse inde apparet, quod nonnumquam in P lacunae et menda sunt, quae in R non inueniuntur, uelut p. 10, 13, ubi *et* in P deest, 13, 17, ubi in P *ex* deest, quod R habet, 14, 25 *dirigessum* P *gressus* R, 36, 12 *unde* P, *undeunde* R, 66, 23 ubi P *hominibus* omittit, quod R habet, al. — neque P ex R descriptus est, id quod ex his locis sequitur: p. 31, 2 omisit librarius uerba *animum* — *dentibus,* quae Parisinus habet; p. 44, 6 post *praedicam,* quod uterque falso exhibet, deest in R *in cista,* quod P habet, p. 62, 5 *numquam* post *quamquam* deest in R, quod P exhibet, al. sed ne Harleianus quidem liber ex R deriuatus est; nam p. 153, 28. 154, 24. 156, 16. 28. 161, 11 liber R lacunosus est, cum H uerba integra habeat. unde sequitur omnes tres libros HPR non ex

inuicem ortos esse, sed ex eodem codice archetypo fluxisse. quae cum ita sint, efficitur codicis Parisini (P) auctoritatem Remensi non praeualere. quare textum editionis meae his locis corrigas uelim: p. 10, 13 scrib. *Et Trygetius* pro *Trygetius*; 13, 7 *potestne* pro *potest*; 13, 17 *ex eo* pro *eo*; 24, 13 *et tu* pro *et*; 25, 5 *egone* pro *ego*; 42, 7 *repugno* pro *pugno*; 54, 4 *quod si* pro *quod* (pro interiectionis signo post *dignetur* repone comma); 66, 23 *omnibus hominibus* pro *omnibus*; 141, 10 *periculis* pro *periculosis*; 170, 28 *nos color* pro *nos*.

Codex Remensis igitur neglectis plerumque orthographicis minutiis his locis ab editione mea dıffert.

I
AVRELII (I *alt. add. m 2*) AGVSTINI EP̃I CATHOLICẠẸ (I *m 2 s.*)
fortuna
ACHADEMICORV̄ LIBER PRIMVS INCIPIT — p. 3, 12 ipsa (f. *m 2 s.*)
sepe
— 4, 2 contempnas *semper* — 4 semp (sepe *m 2*) — 6 excipit *in* excepit
munici τ
*m 2* — 12 & ciuibus — 15 siṃuḷpales (*corr. m 1*) — 19 esse (τ *m 2*)
vτ suesti
— 22 sumptibus — 26 mundissimus. (vτ suesti *m 2*) — 5, 2 supsuadere
ex aliqua parte p
— 7 ita expertus (*corr. m 2*) — 11 concuṣisti (*corr. 2*) — esse ... cessisti
/. /
*add. m 2 s.* — 12 quod in te diuinum (*transp. m 2*) — 13 ueternosoq;
i
(*corr. m 2*) — 20 p∗enitus (a *ras.*) — 21 p̄cipitantē — 23 quọdquọd
mortalis corporis
(o *in* i *mut.*) — 24 quicquid *semper* — illuc (*add. m 2*) — 26 ρ̃-
e
lucides *m 1* — 28 iuuenalibus (a *in* i *m 2*) — 6, 2 quạeretur — 4 quọd
s
(*corr. m 2*) — 8 quasi] quē q. (quē *add. m 2*) — 9 ita (s *m 2*) — magnorum
v
(o *in* a *m 2*) — 17 alippii — 23 alipius *fere semper* — 24 tọtius (ᵛ *m 2*) —
7, 2 quicquam *saepe* — 8 me (*m 2 s.*) ne (*m 1*) — 8, 4 magnopere *semper*
tu
— ᵉˣ specto (ᵉˣ *m 2*) — 5 positis *m 1* — 8 çuṛ (tu *m 2*) — 15 trigetius
*saepe* — 21 grecus *semper* — 22 qui] que *m 1* — 25 quȩ sit *add. m 1 s.*
id
— 9, 7 ipsā inuestigationē — 15 parum — 21 q̄m̄. iam (id *m 2*) —
o ne
24 discessisset (sisset *inseruit m 2*) — quịd (o *m 2*) — 25 ergo. (ne *m 1*)
ī
— 27 inchoata — 10, 1 Ꝓbare (ī *m 1*) — 4 ạḍ adserendum — 9 licente
h
*m 1* — 13 Et trygetius — explica∗ (s *ras.*) — 14 abeo — 17 aut ṣị
ıf
forte — 26 ad *m 1* — 11, 1 ueritatiṣ (ıf *m 2*) — 5 ueritatiṣ — 14 monstratum *m 1* — 18 perfecte *ante* quaerit *add. m 2 s.* — 12, 1 repperire

 ia
*plerumque* — 6 cum . (iā *m 2*) — 9 posttridie — 12 nomen — **13**, 2 ēē
 τ'
*add. m 1 s.* — 7 potestne — 8 potes * (t *ras.*) — 9 impedimentis (τ' *m 2*)
 & c
— 10 nonne *corr. m 1* — ammones *semper* — 17 ex eo — 25 si. (c *add.*
 nisi n̄ falso
*m 2*) — **14**, 7 si enim non fallor (*mut. m 2*) — 10 ̄perueniat *corr. m 1*
 ea
— 11 irrisione — 13 ea *ex* eo *m 1* — 15 quispiam qui — 20 uidetur
 i
*corr. m 2* — 25 gressus — **15**, 1 descrip*τionem (s *ras.*) — 5 erat *corr.*
 at i
*m 1* — 7 ut* — 9 & (at *m 2*) — 14 sim — 17 definire — 18 definire
*corr. m 1*) — **16**, 1 ut *om. m 1* — pridiae — 3 postulasti (o *ex* u *corr.*)
 eam te
— 6 ullo (*corr. m 2*) — 9 si* (t *ras.* tu *om.*) — 12 mirer — 16 quod
*in* quid *m 2* — 19 carthaginem — **17**, 3 flactianum — 5 potes ēē *corr.*
*m 2* — 8 flactianus — 11 uirgilii — 14 scolam *semper* — 15 non dubi-
 ego am um
tauit — 17 aut — 23 ille primo inquit (*mut. m 2*) — 26 quisquam (*mut.*
 cep am
posse dici; quamquam stulte prorsus istam descriptionem tuam conor effringere; nam causam meam nulla plus adiuuat. etenim sapientiam non ipsam ueritatem, sed uiam, quae ad eam ducat, esse dixisti. quisquis ergo hac utitur uia, sapientia profecto utitur, et qui sapientia utitur, sapiens sit necesse est; sapiens igitur erit ille, qui perfecte quaesierit ueritatem, etiamsi ad eam nondum peruenerit. nam uia, quae ducit ad ueritatem, nulla, uti opinor, intellegitur melius quam diligens inquisitio ueritatis. hac igitur sola uia utens iam iste sapiens erit. et nemo sapiens miser; omnis autem homo aut miser aut beatus: beatum igitur faciet non tantum inuentio, sed ipsa per se inuestigatio ueritatis.

15. Tum ille arridens: Merito mihi, inquit, ista contingunt, dum aduersario in re non necessaria fidenter assentior; quasi uero ego sum magnus definitor aut quidquam in disputando magis superuacaneum puto. quis enim modus erit, si ego rursus uelim definiri abs te aliquid et rursus eiusdem definitionis uerba et consequentium item singillatim omnia fingens, quod nihil intellegam, definiri flagitem? nam quid planissimum non meo iure definiri cogam, si iure a me sapientiae definitio postulatur? cuius enim uerbi in animis nostris apertiorem notionem natura esse uoluit quam sapientiae? sed nescio quo modo, cum mentis nostrae ueluti portum notio ipsa reliquerit et uerborum sibi quasi uela tetenderit, occurrent statim calumniarum mille naufragia. quam ob rem aut definitio sapientiae ne requiratur aut iudex noster in eius patrocinium dignetur descendere. — Tum ego, cum iam stilum nox impediret et quasi de integro magnum quiddam disserendum uiderem oboriri, in alium diem distuli. nam disputare coeperamus sole iam in occasum declinante diesque paene totus cum in rebus rusticis ordinandis tum in recensione primi libri Uergilii peractus fuit.

1 quanquam *Pm2Tm2* descritionem *Pm1* effringere conor *edd.* 2 nulla plus] nullatenus *a* 3 [ueri] tatem sed—ducat *om. Pm1*; *add. m2 in mg.* ducit *M* 4 uia utitur *M* 5 erat *Pm1* 7 uiā *Tm1* ducat *T* ad] a *Pm1* melius intelligitur *Tm1* 9 et] at *Tm* 12 inquid *Pm1* 14 sum *P* sim *HMT* 15 putem *edd.* 16 consequentiam *M* singulatim *Mm2T* 17 definire *Pa* 18 definire *HPa* uere *ex* iure *Pm2* 20 aptiorem *Pm1* 21 reliquaerit *Pm1* 22 tetenderint *T* occurrant (rant *et quattuor uerba, quae sequuntur, in ras.*) *H* occurrerint *T* 24 ne] non *a* discendere *P* 28 cum] tum *M* 29 uirgilii *MT* per*actus (h *ras.*) *P*

VI. 16. Deinde mox ut inluxit — ita enim res erant pridie constitutae, ut largum esset otium — statim peragendum negotium susceptum est. tum ego: Heri postulastis, inquam, Trygeti, ut a iudicis munere ad sapientiae patrocinium descenderem, quasi uero quemquam in sermone uestro aduersarium sapientia pateretur aut ullo defendente ita laboraret, ut maius implorare deberet auxilium. nam neque inter uos aliud quaerendum natum est quam quid sit sapientia — in quo eam uestrum neuter oppugnat, quia uterque desiderat — neque si tu in definienda sapientia defecisse te putas, propterea reliqua defensio sententiae tuae tibi deserenda est. itaque a me nihil aliud habebis quam definitionem sapientiae, quae nec mea nec noua est, sed et priscorum hominum et quam uos miror non recordari. non enim nunc primo auditis s a p i e n t i a m e s s e r e r u m h u m a n a r u m d i u i n a r u m q u e s c i e n t i a m.

17. Hic Licentius, quem post istam definitionem diu putabam quaesiturum esse quod diceret, subiecit statim: Cur ergo non quaeso sapientem uocamus flagitiosissimum illum hominem, quem ipsi bene nouimus per innumera scorta solere dissolui, Albicerium dico illum, qui apud Karthaginem multos annos consulentibus mira quaedam et certa respondit? innumerabilia commemorare possem, nisi et apud eos loquerer, qui experti sunt, et paucis nunc satis sit ad id quod uolo. nonne cochlearium — mihi autem dicebat — cum domi non inueniretur, tuo iussu percontatus non solum quid quaereretur uerum etiam nominatim, cuius res esset et ubi lateret, citissime uerissimeque respondit? item me praesente — omitto illud, quod in eo quod rogabatur nihil omnino falsus est, sed cum puer, qui nummos ferebat, certam eorum partem, cum ad eum pergeremus, furatus esset, omnes sibi numerari iussit coegitque illum ante oculos nostros quos abstu-

13 Cic. de off. II 5. Tusc. IV 57

1 mox ut *T* (*cf. de ord. II 9,26*) mox *HMP* (*cf. Rönsch, It. u. Vulg.*[2] *p. 400*) pridi*e (a *ras.*) *P* 2 ocium esset *Tm1* 3 postulasti *Tedd.* tygeti *Tm1* 5 ***sermone *T* 6 ullo] te eam *Ta* 9 nequę sit (*om.* tu) *P* neque sit *H* neque sic *M* 10 sapientiae *M* 11 ame (e *s. m2*) *P* 12 mirer *HPm2m* 13 nunc primum *m* tunc primo *a* 16 quid *MTa* 19 kartaginem *MT* 21 et] at *edd.* ad id] uti ad*id (h *ras.*) *T* 22 cochleariūṣ *P* autem *om. M* 24 uerissime (que *add. m2*) *M* 25 pręṣsente *P* 27 omnis *M* 28 occulos *T* quod *MT*

lerat reddere, priusquam omnino ipse aut eosdem nummos uidisset aut quantum sibi allatum fuerit audisset e nobis.

18. Quid, quod doctissimum et clarissimum uirum Flaccianum mirari solitum esse abs te accepimus, qui cum de fundo emendo esset locutus, ad illum diuinum rem ita detulit, ut quid egisset, si potis esset, ediceret? atque ille statim non modo negotii genus sed etiam, in quo ille uehementer clamabat admirans, ipsum fundi nomen pronuntiauit, cum ita esset absurdum, ut uix eius Flaccianus ipse meminisset. iam illud sine stupore animi non queo dicere, quod amico nostro, discipulo tuo, sese uolenti exagitare flagitantique insolenter, ut diceret, quid secum ipse tacitus uolueret, Uergilii uersum eum cogitare respondit. cum ille obstupefactus negare non posset, perrexit quaerere, quisnam uersus esset; nec Albicerius, qui grammatici scholam uix transiens uidisset aliquando, uersum ipsum securus et garrulus canere dubitauit. num igitur aut res humanae non erant, de quibus ille consulebatur, aut sine rerum diuinarum scientia tam certa consulentibus et uera respondit? at utrumque absurdum est. nam et humanae res nihil sunt aliud quam res hominum, ut argentum nummi fundus postremo ipsa etiam cogitatio, et res diuinas quis non recte arbitretur esse, per quas homini diuinatio ipsa contingit? sapiens ergo fuit Albicerius, si sapientiam rerum humanarum diuinarumque scientiam illa definitione concedimus.

VII. 19. Hic ille: Primo, inquit, ego scientiam non appello, in qua ille, qui eam profitetur, aliquando fallitur. scientia enim non solum conprehensis sed ita conprehensis rebus constat, ut neque in ea quisquam errare nec quibuslibet aduersantibus inpulsus nutare debeat. unde uerissime a quibusdam philosophis dicitur in nullo eam posse nisi in sapiente inueniri, qui non modo perfectum habere debet id, quod tuetur ac sequitur, uerum etiam inconcussum tenere.

2 ablatum *Ma* e] a *Hm2 s. l.* 3 flactionum *Tm1* 5 diuinam *M* potis esset ediceret *HP* potis esse te diceret *M* potuisset ediceret *T* 7 quo] co *P* uehementius *T* 8 flactianus *PT* 11 tatitus *Pm1* uirgilii *MT* 12 cogita*re (t *ras.*) *P* 13 quinam *T* 14 scolam *codd.* 15 non dubitauit *HMPa* 17 at] aut *H* (*in ras.*) *MTa* a*bsurdum *P* 19 fundi *T* 22 definitione tua (e tua *add. m2*) *P* 23 ille] ego *T* inquam *T* 24 ea *H* 25 cō*prehensis (n *ras.*, i *ex* o *corr.*) *P* 26 quisquam] quis unquam *Tm* aduersitatibus *M* impulsis *a* 28 sapiente*(e *alt. a m2*) *P* perceptum *Tm*

scimus autem illum, quem commemorasti, multa saepe falsa dixisse, quod non solum aliis mihi referentibus comperi sed praesens aliquando ipse percepi. eumne igitur scientem uocem, cum saepe falsa dixerit, quem non uocarem, si cunctanter uera dixisset? hoc me de aruspicibus et de auguribus et de his omnibus, qui sidera consulunt, et de coniectoribus dixisse putatote aut aliquem ex hoc genere hominum proferte, si potestis, qui consultus numquam de responsis suis dubitauerit, numquam postremo falsa responderit. nam de uatibus nihil mihi puto esse laborandum, qui mente loquuntur aliena.

20. Deinde res humanas esse ut concedam res hominum, quidquam tu existimas nostrum esse, quod nobis uel dare uel eripere casus potest? aut cum rerum humanarum scientia dicitur, ea dicitur, qua quisque nouit uel quot uel quales fundos habeamus, quid auri, quid argenti, quid denique alienorum carminum cogitemus? illa est humanarum rerum scientia, quae nouit lumen prudentiae, temperantiae decus, fortitudinis robur, iustitiae sanctitatem. haec enim sunt, quae nullam fortunam metuentes uere nostra dicere audemus; quae si Albicerius ille didicisset, numquam, mihi crede, tam luxuriose deformiterque uixisset. quod autem dixit, quem uersum uolueret animo ille, quo consulebatur, neque hoc puto inter res nostras esse numerandum, non quo negem honestissimas disciplinas ad possessionem quandam nostri animi pertinere, sed quia uersum alienum etiam inperitissimis canere ac pronuntiare concessum est. ideo talia cum in memoriam nostram incurrerint, non mirum, si sentiri possunt ab huius aeris animalibus quibusdam uilissimis, quos daemonas uocant, a quibus nos superari acumine ac subtilitate sensuum posse concedo, ratione autem nego, atque id fieri nescio quo modo secretissimo atque a nostris sensibus remotissimo. non enim, si miramur apiculam melle posito nescio qua sagacitate, qua hominem

1 dixi*sse *T* 2 ipse aliquando *T* aliquando (*om.* ipse) *M* 3 percipi *Pm1* 4 constanter *a* 6 coniectoribus] coniectoribus somniorum *Tm* aut] ut *Pm1* 7 respons*is *P* 9 auibus *ex* uatibus *Pm2* quae *ex* qui *Pm2* locuntur *M* 10 quicquam *Pm2* 13 quisquam *edd.* *pr.* uel *om.T* quod *Hm1Pm1Tm1* 14 qui denique *Pm1* quidque denique *edd.* 15 rerum *om. a* prudentiae *Tm2 in ras.* 16 s*anctitatem (c *ras.*, ti *s. m2*) *P* 18 luxoriose *P* 20 quo] a quo *HT edd.* nostras res *M* 21 possessinem *Pm1* 22 quia *P* 23 etiam *om.T* ideoque *T edd.* 24 mirum] mirum est *Tm* sentire *H* 28 amotissimo *M*

uincit, undeunde aduolare, ideo eam nobis praeponere aut saltem comparare debemus.

21. Itaque uellem magis iste Albicerius ab eo, qui discere cuperet, interrogatus ipsa metra docuisset uel coactus a quopiam consultorum de re sibi statim proposita uersus proprios cecinisset. quod eundem Flaccianum saepe dixisse soles commemorare, cum illud diuinationis genus magna mentis altitudine derideret atque despiceret idque nescio cui abiectissimae animulae — sic enim dicebat — tribueret, quo ille quasi spiritu admonitus uel inflatus haec respondere solitus esset. quaerebat enim uir ille doctissimus ab his, qui talia mirarentur, num grammaticam uel musicam uel geometricam posset Albicerius docere. quis autem illum nosset et non istorum omnium imperitissimum fateretur? quam ob rem ad extremum hortabatur, ut animos suos hi, qui talia didicissent, illi diuinationi sine dubitatione praeferrent darentque operam his disciplinis instruere atque adminiculare suam mentem, quibus aeriam istam inuisibilium animantium naturam transilire et eam supereuolare contingeret.

VIII. 22. Iam res diuinae cum omnibus concedentibus meliores augustioresque multo quam humanae sint, quo pacto eas ille adsequi poterat, qui quid esset ipse nesciebat, nisi forte existimans sidera, quae cotidie contemplamur, magnum quiddam esse in conparatione uerissimi et secretissimi dei, quem raro fortasse intellectus, sensus autem nullus attingit? haec autem praesto sunt oculis nostris. nec ista igitur sunt illa diuina, qualia se sola scire sapientia profitetur; cetera autem, quibus isti nescio qui diuinantes uel ad uanam iactantiam uel ad quaestum abutuntur, prae sideribus profecto uiliora sunt. non igitur Albicerius rerum humanarum ac diuinarum scien-

1 uicit *Tm1* unde *HMP* inde *a* saltim *HMm1Pm1* 3 istaquae *M* dicere *Pm1* 5 *statim *ex* statum *Pm2* 8 dispiceret *M* animali *M* 9 ammonitus *Pm1* haec *om.Mm1* 10 doctissimus ille *a* iis *m* 11 num] nunc *H* 12 albericus *M* Albicerius posset *m* istor*um (i *ras.*) *P* 13 peritissimum *M* 14 hii *H* ii *m* 16 adque *Pm1* adminiculari *MT* eriam *Pm1* 17 transilire (re *s. m2*) *P* transilire his *T* superuolare *Mm* 19 com *Pm1* 20 ille eas *edd.* 21 essent ipsae *M* fortasse *M* existimas *T edd.* 22 quidam *Pm1* 23 uenissimi *Pm1* quam *T* se*nsus *P* 24 oculis—sunt *add. m2 in mg. P* 27 prae sideribus (si *s.*) *P* pro syderibus *M* profecto *om. a* 28 ac] *ex* ad *corr. T* et *M* scientiae *om.M*

tiae particeps fuit frustraque abs te isto modo definitio nostra temptata est. postremo cum quidquid praeter res humanas atque diuinas est, nos uilissimum ducere et omnino contemnere oporteat, quaero, in quibus rebus quaerat tuus ille sapiens ueritatem. — In diuinis, ait ille; nam uirtus etiam in homine sine dubitatione diuina est. — Has igitur Albicerius iam sciebat, quas tuus sapiens semper inquiret? — Tum Licentius: Diuinas, ait, et ille nouerat, sed non eas, quae a sapiente quaerendae sunt. quis enim non euertat omnem loquendi consuetudinem, si ei diuinationem concedat, adimat res diuinas, e quibus diuinatio nominata est? quare illa uestra definitio, nisi fallor, nescio quid aliud, quod ad sapientiam non pertineret, inclusit.

23. Tum Trygetius: Definitionem istam, inquit, defendet, si libebit, ille qui protulit. nunc mihi tu responde, ut tandem ad id quod agitur ueniamus. — Istic sum, inquit ille. — Dasne, ait, Albicerium scisse uerum? — Do, inquit. — Melior igitur tuo sapiente. — Nullo modo, ait ille; nam quod genus ueri sapiens requirit, non solum ille delirus ariolus sed ne ipse quidem sapiens, dum in hoc corpore uiuit, adsequitur. quod tamen tantum est, ut multo sit praestabilius hoc semper quaerere quam illud aliquando inuenire. — Necesse est, ait Trygetius, ut mihi in angustiis definitio illa subueniat. quae si propterea tibi uitiosa uisa est, quia complexa est eum, quem non possumus uocare sapientem, quaero, utrum eam probes, si sapientiam rerum humanarum diuinarumque scientiam dicamus, sed earum, quae ad beatam uitam pertineant. — Est, inquit ille, et ista sapientia et non sola. unde superior definitio inuasit alienum, haec autem proprium deseruit; quare illa auaritiae, ista stultitiae coargui potest. etenim ut iam ipse explicem definitione quod sentio, sapientia mihi uidetur esse rerum humanarum et diuinarum, quae ad beatam uitam pertineant, non scientia solum sed etiam diligens inqui-

1 particeps (s *add. m2*) *P* frustaque *P* 2 quicquid *MPm2T* 4 ille tuus *MT edd.* 7 sed et non *a* 9 diuinatione *HMP* concessa *M* et adimat *a* ex *M* 10 ni *edd.* 11 inclusit —:— *P* 12 istam inquid defendet definitionem *T* silebit *M* 13 responde] uolo respondeas *Tm* tamdem *P* de quo *M* 14 dasme *H* desine *P* 16 inquirit *m* 17 delerus *Pm2* hariolus *T* ipsi *Pm1* 18 tamen *om. M* 20 est *om. T* 21 propteraea *P* 22 *eam (m *ras.*) *P* 24 inquid *Pm1* 25 et] sed *T edd.* 26 ista stultitiae *om. HMP* coargui* *P* 27 ipse iam *edd.* 28 diuinarumque (*om.* et) *edd.*

sitio. quam descriptionem si partiri uelis, prima pars, quae scientiam tenet, dei est, haec autem, quae inquisitione contenta est, hominis. illa igitur deus, hac autem homo beatus est. — Tum ille: Miror, inquit, sapientem tuum quomodo asseris frustra operam consumere. — Quomodo, inquit Licentius, frustra operam consumere, cum tanta mercede conquirat? nam hoc ipso, quo quaerit, sapiens est, et quo sapiens, eo beatus, cum ab omnibus inuolucris corporis mentem quantum potest euoluit et se ipsum in semet ipsum colligit, cum se non permittit cupiditatibus laniandum, sed in se atque in deum semper tranquillus intenditur, ut et hic, quod beatum esse supra inter nos conuenit, ratione perfruatur et extremo die uitae ad id quod concupiuit adipiscendum reperiatur paratus fruaturque merito diuina beatitudine, qui humana sit ante perfruitus.

IX. 24. Tum ego, cum Trygetius quid sit respondendum diu quaereret: Non puto, inquam, Licenti, etiam huic argumenta defutura, si eum otiose quaerere permittamus. quid enim ei quouis loco defuit ad respondendum? nam primo ipse intulit, quoniam de beata uita quaestio nata est et beatum solum necesse est esse sapientem, si quidem stultitia etiam stultorum iudicio misera est, perfectum sapientem esse debere, non autem perfectum esse qui adhuc uerum quid sit inquirit, unde ne beatum quidem. cui loco tu cum molem auctoritatis obiceres, modeste aliquantum Ciceronis nomine perturbatus tamen se statim erexit et generosa quadam contumacia in uerticem libertatis exsiluit rursumque arripuit quod erat de manibus uiolenter excussum quaesiuitque abs te, utrum tibi perfectus qui adhuc quaereret uideretur, ut, si fatereris non esse perfectum, ad caput recurreret demonstraretque, si posset, per illam definitionem perfectum esse hominem, qui secundum legem mentis uitam guber-

1 describtionem *P* 2 inquesitione *Pm1* contempta *T* 3 autem *om. M* 4 adseras *m* 5 operam consumere *om. HMT* 6 tantam mercedem *a* 7 est *om. M* ab *om. M* *omnibus (h *ras.*) *P* 8 in semet (se *m2 add.*) *P* 10 tranquillius *T* intendit *a* hic] hic tranquillius *T* quod] q*; *P* 12 repperiatur *Pm1* 13 qui] quia (a *m2*) *P* perfructus *Hm2Tm* 14 sit *HPm1* sibi esset *MPm2T edd.* 15 quaerer*et (a *ras.*) *P* huic *ex* hunc *P* huic etiam argumenta *T* etiam argumenta huic *edd.* 17 ipse primo *M* 19 etiam *P* 20 esse sapientem *M* 21 mole *M* 22 moleste *Tm* 23 contumatia *PT* 24 exsiliuit *Pm2* exiliuit *T* exsiliit *m* rursūṣque *P* 25 uiolenter] ei u. *M* 26 quaeret *HP* querit *M* 27 domonstraretque *Pm1* possit *P*

naret, ac per hoc beatum nisi perfectum esse non posse. quo te laqueo cum expedisses cautius, quam putabam, et perfectum hominem esse diceres inquisitorem diligentissimum ueritatis ipsaque illa definitione, qua beatam uitam illam demum esse dixeramus, quae secundum rationem ageretur, tu praefidentius apertiusque pugnasses, ille tibi plane reposuit; nam occupauit praesidium tuum, unde pulsus omnino summam rerum amiseras, ni te indutiae reparassent. ubi enim arcem locauerunt Academici, quorum tueris sententiam, nisi in erroris definitione? quae tibi nisi noctu fortasse per somnium rediret in mentem, iam quid responderes non habebas, cum in exponenda Ciceronis sententia id ipsum tu ipse ante commemoraueris. deinde uentum est ad definitionem sapientiae, quam cum tanta calliditate labefactare conareris, ut tua furta nec ipse auxiliator tuus Albicerius fortasse comprehenderet, quanta tibi uigilantia, quantis uiribus restitit, quam te paene inuoluit atque depressit, nisi te postremo tua definitione noua tutareris diceresque humanam esse sapientiam inquisitionem ueritatis, ex qua propter animi tranquillitatem beata uita contingeret! huic iste sententiae non respondebit, praesertim si in proroganda diei uel parte, quae restat, reddi sibi gratiam postulabit.

25. Sed, ne longum faciamus, iam, si placet, sermo iste claudatur, in quo immorari etiam superfluum puto. tractata enim res est pro suscepto negotio satis; quae post pauca omnino posset uerba finiri, nisi exercere uos uellem neruosque uestros et studia, quae mihi magna cura est, explorare. nam cum instituissem uos ad quaerendam ueritatem magno opere hortari, coeperam ex uobis quaerere, quantum in ea momenti poneretis; omnes autem posuistis tantum, ut plus non desiderem. nam cum beati esse cupiamus, siue id fieri non potest nisi inuenta siue non nisi diligenter quaesita ueritate,

1 beatum *Tm2 s.l.* a quo *T edd.* 2 perfectumque (*om.* et) *T* diceres (*om.* esse) *Tm* diceres esse *a* 3 ipsaquae *Pm1* 5 ageretur *om. M* aptiusque *M* illa *M* 7 nisi *T* 8 posuerunt *M* achademici *codd. ubique* 9 nocte *H* 10 *pr.* in *om. M* 13 furta—Albicerius *om. HMP* albicerius hariolus *a* 15 quam] qua *H* cum *M* postremo te *edd.* 16 diceresquae *P* 17 inquisitionis *T* 18 respondit *M* 19 *si *P* praeroganda *H* die *Ma* reddi (i *ex* c *corr.*) *T* 22 tracta *Pm1* est *om. M* 23 ueba *Pm1* 24 u*os* (n *ras.*) *P* 25 est cura *edd.* quaerendum (*om.* ueritatem) *M* 26 magno*pere (o *ras.*) *P* magnopere *HMT*

postpositis ceteris omnibus rebus nobis, si beati esse uolumus, perquirenda est. quam ob rem iam istam, ut dixi, disputationem terminemus et relatam in litteras mittamus, Licenti, potissimum patri tuo, cuius erga philosophiam iam prorsus animum teneo. sed adhuc quae admittat quaero fortunam. incendi autem in haec studia uehementius poterit, cum te ipsum iam mecum sic uiuere non audiendo solum uerum etiam legendo ista cognouerit. tibi autem, si, ut sentio, Academici placent, uires ad eos defendendos ualidiores para; nam illos ego accusare decreui. — Quae cum essent dicta, surreximus.

## LIBER SECUNDUS.

I. 1. Si quam necesse est disciplina atque scientia sapientiae uacuum esse non posse sapientem, tam eam necesse esset inuenire, dum quaeritur, omnis profecto Academicorum uel calumnia uel pertinacia uel peruicacia uel, ut ego interdum arbitror, congrua illi tempori ratio simul cum ipso tempore et cum ipsius Carneadis Ciceronisque corporibus sepulta foret. sed quia siue uitae huius multis uariisque iactationibus, Romaniane, ut in eodem te probas, siue ingeniorum quodam stupore uel socordia uel tarditate torpentium siue desperatione inueniendi — quia non quam facile oculis ista lux, tam facile mentibus sapientiae sidus oboritur — siue etiam, qui error omnino populorum est, falsa opinione inuentae a se ueritatis nec diligenter homines quaerunt, si qui quaerunt, et a quaerendi uoluntate auertuntur, euenit, ut scientia raro paucisque proueniat, eoque fit, ut Academicorum arma, quando cum eis ad manus uenitur, nec medio-

2 suputationem (*corr. m2*) *P* 3 literas *M* litteris *T* 4 er*ga *P* 5 quaeso *Ha* 6 iam] iam intentum *edd.* 7 si ut] sicut *P* ut *Tm1* 9 accusare] reos citare *Tm* *post* dicta *add.T edd.* prandium paratum esse nuntiatum (annuntiatum *edd.*) est (atque *add. edd.*) sureximus *Pm1* ACHADEMICORUM LIBER PRIMUS EXPLICIT INCIPIT LIBER SECUNDUS *P* EXPLICIT LIBER PRIMUS AURELII AUGUSTINI EPI ACHADEMICORUM LIBER SECUNDUS INCIPIT *H* EXPLICIT LIBER ·I· CTRA ACHADEMICOS INCIPIT LIB ·II· *M* AURELII AUGUSTINI ACHADEMICORUM LIB ·I· EXPLICIT. INC II· *T* 11 disciplina scientiae atque sapientiae *M* adque *Pm1* 14 *uicatia *T* ratio tempori *T* 17 eadem *T* 19 non quam] numquam *Hm1P* 20 omnium *MTm* 21 a se *om.T* 22 si] et si *H* et a] et ea *P* ea *H* uolumtate *Pm1* 23 eoquae *P* 24 achademica *Mm1* his *T* meocribus *Pm1*

cribus uiris sed acutis et bene eruditis inuicta et quasi Uulcania uideantur. quam ob rem contra illos fluctus procellasque fortunae cum obnitendum remis qualiumcumque uirtutum tum in primis diuinum auxilium omni deuotione atque pietate implorandum est. ut intentio constantissima bonorum studiorum teneat cursum suum. a quo eam nullus casus excutiat. quominus illam philosophiae tutissimus iucundissimusque portus accipiat. haec prima tua causa est; hinc tibi metuo. hinc te cupio liberari. hinc. si modo dignus sum, qui impetrem, cotidianis uotis auras tibi prosperas orare non cesso: oro autem ipsam summi dei uirtutem atque sapientiam. quid est enim aliud. quem mysteria nobis tradunt dei filium?

2. Multum me autem adiuuabis pro te deprecantem. si non nos exaudiri posse desperes nitarisque nobiscum et non solum uotis sed etiam uoluntate atque illa tua naturali mentis altitudine. propter quam te quaero. qua singulariter delector. quam semper admiror. quae in te — pro nefas! — illis rerum domesticarum nubibus quasi fulmen inuoluitur et multos ac paene omnes latet. me autem et alium uel tertium familiarissimos tuos latere non potest. qui saepe non solum attente audiuimus murmura tua sed etiam nonnulla fulgora fulminibus propiora conspeximus. quis enim. ut cetera pro tempore taceam et unum commemorem, quis. inquam. tam subito umquam tantum intonuit tantumque lumine mentis emicuit, ut sub uno fremitu rationis et quodam coruscamine temperantiae uno die illa pridie saeuissima penitus libido moreretur? ergo non erumpet aliquando ista uirtus et multorum desperantium risus in horrorem stuporemque conuertet et locuta in terris quasi quaedam futurorum signa rursus proiecto totius corporis onere recurret in caelum? ergone Augustinus de Romaniano frustra ista dixit? non sinet ille. cui me totum dedi. quem nunc recognoscere aliquantum coepi.

1 cf. Uerg. Aen. VIII 535. XII 739  10 cf. I Cor. 1, 24

3 qualicumque *M*  5 intentione *M*  cursus *M*  7 iocundissimusquae *MPm1T*  8 sim *HMT edd.*  10 ora *P*  di sapientiam *T*  11 quae *P* misteria *Pm1T*  12 autem me *M edd.*  13 desperas *Mm1*  et *P* et tu *HMT edd*  15 quam te *ex* quante *Tm2*  qua* (e *ras.*) *P*  16 quasi] qua *P* flumen *M*  17 pene *P*  19 fulgura *HMT edd.*  21 inquā * (m *ras.*) *P* ūnquam (*corr. m2*) *P*  22 uno] illo *T*  23 illa *om. M*  pridie] et pr. *T* 24 ergone *HMPm2T edd.*  26 conuertat *Tm1*  27 recurret] currit *HMP* 28 romoniano *Tm1*  illa *Tm1*  29 aliquantum *om. M*

II. 3. Ergo adgredere mecum philosophiam; hic est quidquid te anxium saepe atque dubitantem mirabiliter solet mouere. non enim metuo aut a socordia morum aut a tarditate ingenio tuo. quis te, quando aliquantum respirare concessum est, in sermonibus nostris uigilantior, quis acutior apparuit? ego tibi gratiam non repensabo? an fortasse paululum debeo? tu me adulescentulum pauperem ad studia pergentem et domo et sumtu et, quod plus est, animo excepisti; tu patre orbatum amicitia consolatus es, hortatione animasti, ope adiuuisti; tu in nostro ipso municipio fauore familiaritate communicatione domus tuae paene tecum clarum primatemque fecisti; tu Karthaginem inlustrioris professionis gratia remeantem, cum tibi et meorum nulli consilium meum spemque aperuissem, quamuis aliquantum illo tibi insito — quia ibi iam docebam — patriae amore cunctatus es, tamen ubi euincere adulescentis cupiditatem ad ea quae uidebantur meliora tendentis nequiuisti, ex dehortatore in adiutorem mira beniuolentiae moderatione conuersus es. tu necessariis omnibus iter adminiculasti meum; tu ibidem rursus, qui cunabula et quasi nidum studiorum meorum foueras, iam uolare audentis sustentasti rudimenta; tu etiam, cum te absente atque ignorante nauigassem, nonnihil suscensens, quod non tecum communicassem, ut solerem, atque aliud quiduis quam contumaciam suspicans mansisti inconcussus in amicitia nec plus ante oculos tuos liberi deserti a magistro quam nostrae mentis penetralia puritasque uersata est.

4. Postremo quidquid de otio meo modo gaudeo, quod a superfluarum cupiditatium uinculis euolaui, quod depositis oneribus mor-

7 cf. Conf. II 3, 5  11 cf. Conf. III 1, 1  20 cf. Conf. V 8, 14 sq.

1 atgredere *Tm1*  2 mirabiliter *om. M*  3 ingenii tui *Hm2M edd.*  quis] quis enim *edd.*  4 respirere *Pm1*  5 egone *HPm2* ergone *MT edd.*  6 adolescentulum *T*  7 studia] peregrina studia *T edd.*  sumptu *HMPm2T* pus *Pm1*  8 consulatus *Pm1*  9 ope***P*  ope adiuuisti *om. Mm1*  11 fecisti] me fecisti *edd.*  Kartaginem *M* cartaginem *T* carthaginem *H*  proffessionis *P*  12 tibi] tibi soli *Ta*  spemque *om. M*  14 aduliscentis *P*  15 quiuisti *Pm1* nequisti *m*  17 tu neces (sariis) *Pm2 in ras.*  necessarium *M*  18 cunabla *Pm1*  19 tu* (m *ras.*) *P*  20 innorante *Pm1* imnorante *Pm2*  nihil *Tm* succensens *T* succenses *M*  21 cummunicassem *P*  quicquiduis *H*  qua *H* contumatia *Pm1* contumacia *H*  22 suspicas *Pm1*  in amicitia inconcussus *T*  23 nostri (*om.* mentis) *H*  penitralia *T*  26 cupiditatum *MT edd.*

tuarum curarum respiro resipisco redeo ad me, quod quaero intentissimus ueritatem, quod inuenire iam ingredior, quod me ad summum ipsum modum peruenturum esse confido, tu animasti, tu inpulisti, tu fecisti. cuius autem minister fueris, plus adhuc fide concepi quam ratione conprehendi. nam cum praesens praesenti tibi exposuissem interiores metus animi mei uehementerque ac saepius assererem nullam mihi uideri prosperam fortunam, nisi quae otium philosophandi daret, nullam beatam uitam, nisi qua in philosophia uiueretur, sed me tanto meorum onere, quorum ex officio meo uita penderet, multisque necessitatibus uel pudoris uel ineptae meorum miseriae refrenari, tam magno es elatus gaudio, tam sancto huius uitae inflammatus ardore, ut te diceres, si tu ab illarum importunarum litium uinculis aliquo modo eximereris, omnia mea uincula etiam patrimonii tui mecum participatione rupturum.

5. Itaque cum admoto nobis fomite discessisses, numquam cessauimus inhiantes in philosophiam atque illam uitam, quae inter nos placuit atque conuenit, prorsus nihil aliud cogitare atque id constanter quidem, sed minus acriter agebamus, putabamus tamen satis nos agere. et quoniam nondum aderat ea flamma, quae summa nos arreptura erat, illam qualem aestuabamus arbitrabamur esse uel maximam, cum ecce tibi libri quidam pleni, ut ait Celsinus, bonas res Arabicas ubi exhalarunt in nos, ubi illi flammulae instillarunt pretiosissimi unguenti guttas paucissimas, incredibile, Romaniane, incredibile et ultra quam de me fortasse et tu credis — quid amplius dicam? — etiam mihi ipsi de me ipso incredibile incendium concitarunt. quis me tunc honor, quae hominum pompa, quae inanis fa-

13 cf. Conf. VI 14, 24 21 cf. Conf. VII 9, 13

1 cu*rarum *P* 2 ipsum summum *a* 3 inpulis *Pm1* 4 adhoc *HP* 6 motus *T edd.* uehementerquae *Pm1* assere**rem *P* 8 philosoph*andi (i *ras.*) *P* 9 oficio *Pm1* 10 pudoris] pudoris mei uani *Hm2M edd.* pudoris uani mei *T* inepte *P* 11 *pr.* tam] utam *Pm1* es] essē *P* esses *H* 12 inflammatus es *M* ilarum *Pm1* 13 exemeris *a* 15 amoto *HTm2* amodo *Tm1* amato *P* a nobis *T* 18 sed] sed forte *a* 19 nundum *P* ea] hęc *T* 20 nos *om.Mm2* areptura *Pm1* qualem] qua lenta *Tm* qua iam *a* uel esse *edd.* 21 pleni] plinii *M* 22 exhilarunt *T* illae *Ha* 23 preciosissimi *MP* ungenti *T* 24 incredibile* (s *ras.*) *P* *amplius (i *ras.*) *P* 25 concitauerunt *M*

mae cupiditas, quod denique huius mortalis uitae fomentum atque retinaculum commouebat? prorsus totus in me cursim redibam. respexi tamen, confitebor, quasi de itinere in illam religionem, quae pueris nobis insita est et medullitus inplicata; uerum autem ipsa ad se nescientem rapiebat. itaque titubans properans haesitans arripio apostolum Paulum. neque enim uere, inquam, isti tanta potuissent uixissentque ita, ut eos uixisse manifestum est, si eorum litterae atque rationes huic tanto bono aduersarentur. perlegi totum intentissime atque castissime.

6. Tunc uero quantulocumque iam lumine adsperso tanta se mihi philosophiae facies aperuit, ut non dicam tibi, qui eius incognitae fame semper arsisti, sed si ipsi aduersario tuo, quo nescio utrum plus exercearis quam inpediaris, eam demonstrare potuissem, ne ille et Baias et amoena pomeria et delicata nitidaque conuiuia et domesticos histriones, postremo quidquid eum acriter commouet in quascumque delicias abiciens et relinquens ad huius pulchritudinem blandus amator et sanctus mirans anhelans aestuans aduolaret. habet enim et ille, quod confitendum est, quoddam decus animi uel potius decoris quasi sementem, quod erumpere in ueram pulchritudinem nitens tortuose ac deformiter inter scabra uitiorum et inter opinionum fallacium dumeta frondescit; tamen non cessat frondescere et paucis acute ac diligenter in densa intuentibus, quantum sinitur, eminere. inde est illa hospitalitas, inde in conuiuiis multa humanitatis condimenta, inde ipsa elegantia nitor mundissima facies rerum omnium et undique cuncta perfundens adumbratae uenustatis urbanitas.

6 cf. Conf. VII 21, 27

2 cursim *om.M* 3 tamen] tantum *Mm* confiteor *MT edd.* relegionem *Pm1* regionem *M* 4 medulitus *Pm1* ipsa] ipsa me *T edd.* 5 rapiebant *Mm1* titubas *Pm1* 6 paulum apostolum *T* uerae *H* isti inquam *edd.* 9 cautissime *Tm* 10 quantumlocumquae *M* aspersum *H* 11 que eī *P* incognite *P* 12 famae *HM* fama *T* a quo *T edd.* 13 demonstra *Pm1* demostrare *T* 14 amoenia *H* pomaria *Migne* diligata *P* 15 striones *HMP* ariter *Pm1* 16 delitias *Pm2T* reliquens *Pm1* cuius *M* pulcritudinem *Tm1* 19 sementum *HM* seminarium *a* in *om.P* uerā***P* 20 opinionem *P* 21 frundescit *Pm1* f*rondescere (o *ras.*) *P* 22 intensa *H* 23 emunere *Pm1* ospitalitas *P* 24 ipse elegantiae *M* 25 unque *Pm1*

III. 7. Philocalia ista uulgo dicitur. ne contemnas nomen hoc ex uulgi nomine. nam philocalia et philosophia prope similiter cognominatae sunt et quasi gentiles inter se uideri uolunt et sunt. quid est enim philosophia? amor sapientiae. quid philocalia? amor pulchritudinis. quaere de Graecis. quid ergo sapientia? nonne ipsa uera est pulchritudo? germanae igitur istae prorsus et eodem parente procreatae: sed illa uisco libidinis detracta caelo suo et inclusa cauea populari uiciniam tamen nominis tenuit ad commonendum aucupem, ne illam contemnat. hanc igitur sine pinnis sordidatam et egentem uolitans libere soror saepe agnoscit, sed raro liberat; non enim philocalia ista unde genus ducat, agnoscit nisi philosophia. quam totam fabulam — nam subito Aesopus factus sum — Licentius tibi carmine suauius indicabit; poeta est enim paene perfectus. ergo ille, si ueram pulchritudinem, cuius falsae amator est, sanatis renudatisque paululum oculis possit intueri, quanta uoluptate philosophiae gremio se inuolueret? quomodo ibi te cognitum sicut uerum fratrem amplecteretur? miraris haec et forsitan rides. quid, si haec explicarem, ut uolebam? quid, si saltem uox, si adhuc facies uideri a te non potest, ipsius philosophiae posset audiri? mirareris profecto, sed non rideres, non desperares. crede mihi, de nullo desperandum est, de talibus autem minime; omnino sunt exempla. facile euadit, facile reuolat hoc genus auium multis inclusis multum mirantibus.

8. Sed ad nos redeam. nos, inquam, Romaniane, philosophemur; reddam tibi gratiam. filius tuus coepit philosophari. ego eum reprimo, ut disciplinis necessariis prius excultus uigentior et firmior insurgat. quarum te ne metuas expertem, si bene te noui, auras tibi liberas tantum opto. nam de indole quid dicam? utinam non tam rara esset

6 cf. Retract. I 1, 7

1 filocalia *P utroque* ista (ta *s. m2*) *P* 2 nomine ex homine *Tm1* 5 quid] q. est *M* est uera *HT* 6 istae] istae sunt *Tm* 7 procriatae *Tm1* cauia *Pm1* 8 uiciniam *T* 9 illam] se *Tm* pinis *Pm1* pennis *MT* 11 ducit *T* philosophiam *T* 12 esopus *MPm2Tm1* isopus *Tm2* osopus *Pm1* 13 carmine] carminepaene *P* indicabit *Pm1* 14 false *P* falso *M* nudatisque *M* 15 paululum *om. Mm1* posset *MT add.* 16 ibi *om. M* tibi *Migne* 20 speres *M* desperandum est de nullo *T* 22 multis *M* miserantibus *a* 23 redeamus *Tm* 24 iam filius cepit (*om.* tuus) *T* enim] autem *M* 25 excultus (l *ras.*) *P* uigentior] uigenitor (genit *in ras. m2*) *P* fermeor *Pm1* 26 aures *MTm2a* 27 rare *Pm1*

in hominibus. quam certa est in te! restant duo uitia et impedimenta inueniendae ueritatis, a quibus tibi non multum timeo; timeo tamen, ne te contemnas atque inuenturum esse desperes, aut certe, ne inuenisse te credas. quorum primum si tamen inest, ista tibi fortasse disputatio detrahet. saepius enim suscensuisti Academicis eo quidem grauius, quo minus eruditus esses, eo libentius, quod ueritatis amore inliciebaris. itaque iam cum Alypio te fautore confligam et tibi facile persuadebo quod uolo, probabiliter tamen; nam ipsum uerum non uidebis, nisi in philosophiam totus intraueris. illud autem alterum, quod te fortasse aliquid inuenisse praesumis, quamuis a nobis iam quaerens dubitansque discesseris, tamen, si quid superstitionis in animum reuolutum est, eicietur profecto, uel cum tibi aliquam inter nos disputationem de religione misero uel cum praesens tecum multa contulero.

9. Ego enim nunc aliud nihil ago, quam me ipse purgo a uanis perniciosisque opinionibus. itaque non dubito melius mihi esse quam tibi. unum tantum est, unde inuideam fortunae tuae, quod solus frueris Luciliano meo. an et tu inuides, quia dixi 'meo'? sed quid dixi aliud quam tuo et omnium, quicumque unum sumus? de quo tamen ut subuenias desiderio meo, quid te rogem? aut te ipse promereor? tantum scis, quia debes. sed nunc ambobus dico: cauete, ne quid uos nosse arbitremini, nisi quod ita didiceritis saltem, ut nostis unum duo tria quattuor simul collecta in summa fieri decem. sed item cauete, ne uos philosophia ueritatem aut non cogituros aut nullo modo ita posse cognosci arbitremini. nam mihi uel potius illi credite, qui ait: q u a e r i t e e t i n u e n i e t i s, nec cognitionem desperandam esse et manifestiorem futuram, quam sunt illi

26 Matth. 7, 7

2 non *om. M* *pr.* timeo] eo (metuo *s. m2*) *P* 4 ne *om. M* inuenisse*T* craedas *P* 5 disputatio fortasse *edd.* succensuisti *M* 6 esse *P* es *Tm2* eo *in ras. P* sed eo *Tm* quo *M* 7 iam *om. M* 8 quo *Pm1* nam *om. M* 10 autem *in ras. m2 P* 11 discesseras *T* 12 tibi *om. M* 13 relegione *P* praesens*(s *alt. s.l.*) *P* 15 ipsum *T* a *om. M* 16 pernitiosisque *MPm1* 17 tibi] tibi est *a* 18 luciniano *Ma* quid] qui *Pm1* 20 aut] tu *T edd.* 21 promereor] pro me roga *T edd.* tantum] quantum *T edd.* 22 arbitramini *T* saltim *M* 23 quattuor (*pr.* t *in ras.*) *P* summam *MTm* 24 in philosophia *HMT edd.* 25 ita u ∸ posse (u ∸ *m2*) *T* agnosci *M* mihi *om. Hm1* uel potius illi *om. HMP*

numeri. nunc ad propositum ueniamus. iam enim sero coepi metuere, ne hoc principium modum excederet. et non est leue. nam modus procul dubio diuinus est, sed fefellerit, cum dulciter ducit. ero cautior, cum sapiens fuero.

IV. 10. Post pristinum sermonem, quem in primum librum contulimus, septem fere diebus a disputando fuimus otiosi, cum tres tamen Uergilii libros post primum recenseremus atque, ut in tempore congruere uidebatur, tractaremus. quo tamen opere Licentius in poeticae studium sic inflammatus est, ut aliquantum mihi etiam reprimendus uideretur. iam enim ab hac intentione ad nullam se rem deuocari libenter ferebat. tandem tamen ad retractandam quam distuleramus de Academicis quaestionem cum a me, quantum potui, lumen philosophiae laudaretur, non inuitus accessit. et forte dies ita serenus effulserat, ut nulli prorsus rei magis quam serenandis animis nostris congruere uideretur. maturius itaque solito lectos reliquimus paululumque cum rusticis egimus quod tempus urgebat. — Tum Alypius: Antequam uos, inquit, audiam de Academicis disputantes, uolo mihi legatur sermo ille uester, quem dicitis me absente perfectum; non enim possum aliter, cum inde huius disceptationis occasio nata sit, in audiendis uobis non aut errare aut certe laborare. — Quod cum factum esset et in eo paene totum antemeridianum tempus consumtum uideremus, redire ab agro, qui deambulantes nos acceperat, domum instituimus. — Et Licentius: Quaeso, inquit, ante prandium mihi breuiter totam Academicorum sententiam exponendo repetere ne graueris, ne quid in ea me fugiat, quod pro partibus meis sit. — Faciam, inquam, et eo libentius, quo de hac re cogitans parum prandeas. — Ne, inquit ille, istinc securus sis; nam et multos et maxime patrem meum saepe animaduerti eo edaciorem, quo refertior curis esset. deinde tu quoque de istis metris cogitantem non sic expertus es, ut cura mea mensa secura sit. quod

2 principum *Pm1* modus] m. iam *T* 3 diuinus] profecto ubique diuinus *T* 7 tamen] tantum *edd.* uirgilii *MT* 9 poeticae] p. artis *M* poetae *T* poeticum *a* 10 reprimendus (us *in ras.*) *P* iam] ita *HMTa* 11 retrectandam *M* 14 effulserit *Pm1* 16 paululumquae *Pm1* urguebat *T* 17 demicis *P; corr. m1* 19 ocasio *Pm1* 20 cer* (te *s. l.m2*) *P* 21 fuisset *Tm1* 22 consumptum *HMPm2T* 25 eam effugiat (*om.* me) *MT* 26 fatiam *Pm1* quo] quod *T* 27 inquit] quid *P* 28 *pr.* et *om.T* saepae *P* edatiorem *Pm1* 30 sic *ex* sit *T* curā *P*

quidem apud me ipsum mirari soleo; quid enim sibi uult, quod tunc primum pertinacius appetimus, cum in aliud intendimus animum? aut quis est, qui manibus et dentibus nostris occupatis nobis nimis imperiosus fit? — Audi potius, inquam, de Academicis quod rogaueras, ne te metra ista noluentem non solum in epulis sine metro sed etiam in quaestionibus patiar. si quid autem pro mea parte occultabo, prodet Alypius. — Bona fide tua opus est, inquit Alypius; nam si metuendum est, ne aliquid occultes, a me deprehendi posse difficile arbitror eum, a quo me ista didicisse nullus qui me nouit ignorat, praesertim cum in prodendo uero non magis uictoriae quam animo tuo consulturus sis.

V. 11. Agam, inquam, bona fide, quoniam de iure praescribis. nam et Academicis placuit nec homini scientiam posse contingere earum dumtaxat rerum, quae ad philosophiam pertinent — nam cetera curare se Carneades negabat — et tamen hominem posse esse sapientem sapientisque totum munus, ut abs te quoque, Licenti, illo sermone dissertum est, in conquisitione ueri explicari; ex quo confici, ut nulli etiam rei sapiens adsentiatur; erret enim necesse est, quod sapienti nefas est, si adsentiatur rebus incertis. et omnia incerta esse non dicebant solum uerum etiam copiosissimis rationibus adfirmabant. sed uerum non posse comprehendi ex illa Stoici Zenonis definitione arripuisse uidebantur, qui ait id uerum percipi posse, quod ita esset animo inpressum ex eo, unde esset, ut esse non posset ex eo, unde non esset. quod breuius planiusque sic dicitur, his signis uerum posse conprehendi, quae signa non potest habere quod falsum est. hoc prorsus non posse inueniri uehementissime ut conuincerent incubuerunt. inde dissensiones philosophorum, inde sensuum fallaciae, inde somnia furoresque, inde pseudomenoe et

21 cf. Cic. Acad. II 18, 57 22 cf. ibid. II 148 27 cf. ibid. II 147

2 primum] cybum *T* cibum *edd.* animum—dentibus *om. HMP* 3 quis est qui *T* quid est quod *m* quid est quia *a* 4 nimis] animus *edd.* impeosus *Pm1* quid *m* 6 qu*estionibus (a *ras.*) *P* parte* *P* 7 bone *P* dona *ex* bona *T* 8 difficile posse *m* 9 deficile *Pm1* ista (sta *in ras.*) *P* 10 improdendo *H* uictoriae tuae *T* 12 ag*am *P* 13 et *om. T* hominis *HP* 15 se curare *T* 17 di*sertum (s *ras.*) *P* quisitione *Pm1* 20 copiosissimis] pernitiosissimis *Tm1* 21 compraehendi *Pm1* 23 esse] esse* (t *ras.*) *P* ut—non esset *om. Pm1* 26 inueniri non posse *M* 28 fallatiae *Pm1* pseudomeniae *T* pseudomeni *m*

soritae in illius causae patrocinio uiguerunt. et cum ab eodem Zenone accepissent nihil esse turpius quam opinari, confecerunt callidissime, ut, si nihil percipi posset et esset opinatio turpissima, nihil umquam sapiens approbaret.

12. Hinc eis inuidia magna conflata est; uidebatur enim esse consequens, ut nihil ageret qui nihil adprobaret. unde dormientem semper et officiorum omnium desertorem sapientem tuum Academici describere uidebantur, quem nihil adprobare censebant. hic illi inducto quodam probabili, quod etiam ueri simile nominabant, nullo modo cessare sapientem ab officiis asserebant, cum haberet quid sequeretur, ueritas autem siue propter naturae tenebras quasdam siue propter similitudinem rerum uel obruta uel confusa latitaret, quamuis et ipsam refrenationem et quasi suspensionem assensionis prorsus magnam actionem sapientis esse dicebant. uideor mihi breuiter totum, ut uoluisti, exposuisse nihilque recessisse a praescriptione, Alypi, tua, id est egisse, ut dicitur, bona fide. si enim aliquid uel non ita, ut est, dixi uel forte non dixi, nihil uoluntate a me factum est. bona ergo fides est ex animi sententia. homini enim homo falsus docendus, fallax cauendus debet uideri, quorum prius magistrum bonum, posterius discipulum cautum desiderat.

13. Tum Alypius: Gratum, inquit, habeo, cum et Licentio a te satisfactum est et me onere inposito releuasti. non enim magis tibi uerendum erat, ne quid explorandi mei causa minus a te diceretur — nam alio modo qui fieri poterat? — quam mihi, si in quoquam te prodere fuisset necesse. quare faxis, ut illud quod deest non tam percontationi quam ipsi percontanti de differentia nouae ac ueteris Academiae ne te pigeat exponere. — Prorsus, inquam, fateor, piget. quare beneficium dederis — nam hoc quod commemoras ad rem ma-

3 cf. Cic. Acad. II 59 6 cf. ibid. II 39. 62

1 solitae *HMP* 2 calidissime *Pm1* 3 onatio *Pm1* 4 approbare *P* 5 esse *om. Mm1* 6 conseques *Pm1* 7 suum *T edd.* 8 hinc *a* 9 probabili] probari *HMP* 11 naturae] naturā et (‾ *add. m. post.*) *P* 12 uel obruta (l *et* o *a m2*) *P* 14 magnam prorsus *HMPm. post. T edd.* dicerant *Pm1* 15 praescriptione (p *alt. ex* b) *P* 16 alypii *P* fide* (s *ras.*) *P* 17 forsitan *M* 19 cauendus] emendus *M* debaet *Pm1* 22 releuasti *in ras. Pm2* 24 fleri *M* quoquam te] quo quante *P* quoquo ante *H* 25 fac sis *T* 26 de *om. M* noui *T* 27 ne te—Academiae *om. M* 28 hoc] et hoc *edd.*

ximе pertinere negare non possum — si me paululum conquiescente apud me distinguere ista nomina et causam nouae Academiae aperire uolueris. — Crederem, inquit, me quoque a prandio te auocare noluisse, ni et magis a Licentio territum dudum putarem et eius postulatio ita nobis praescripsisset, ut ei ante prandium quidquid huius inuolutionis esset expediretur. — Et cum reliqua dicere tenderet, mater nostra — nam domi iam eramus — ita nos trudere in prandium coepit, ut uerba faciendi locus non esset.

VI. 14. Deinde, cum tantum alimentorum accepissemus, quantum compescendae fami satis esset, ad pratum regressis nobis Alypius: Pareain, inquit, sententiae tuae nec ausim recusare. si enim nihil me fugerit, gratabor cum doctrinae tuae tum etiam memoriae meae. at si in quoquam fortasse aberrauero, recurabis id, ut deinceps huius modi delegationem non pertimescam. nouae Academiae discidium non tam contra ueterem conceptum quam contra Stoicos arbitror esse commotum. nec uero discidium putandum, si quidem a Zenone inlatam nouam quaestionem dissolui discutique oportebat. nam de non percipiendo quamuis nullis conflictationibus agitata, incolens tamen etiam ueterum Academicorum mentes sententia non inpudenter existimata est. quod etiam ipsius Socratis Platonisque ac reliquorum ueterum auctoritate probatu facile est, qui se hactenus crediderunt posse ab errore defendi, si se assensioni non temere commisissent, quamuis propriam de hac re disputationem in scholas suas non introduxerint nec ab illis enucleate aliquando quaesitum sit, percipi necne ueritas possit. quod cum Zeno rude ac nouum intulisset contenderetque nihil percipi posse, nisi quod uerum ita esset, ut dissimilibus notis a falso discerneretur, neque opinationem subeundam esse sapienti atque id Arcesilas audiret, negauit huius modi quidquam posse ab homine reperiri neque illi

4 ni *om. Ma* magis te (*om.* et) *Tm2* 5 praescribsisset *P* 6 inuolutationis *M* 7 nos trudere] nostrumdere *P* nostrū indere *Hm1* nostundere *Hm2, om. M lacuna uacua relicta* 9 accepisemus *Pm1* 11 tuae *om. M* asim *Pm1* ausus sum *a* 12 gratulabor *M Pm2a* cum] tum *M* 13 at] aut *T* oberrauero *T* curabis *Tm2 in mg.* 16 est putandum *edd.* 18 percipienda *a* 21 probatum *H* 22 actenus *H Pm1* ab errore posse *m* se *om T* 23 commisissent *P* proprie *T* ac *Pm1* 24 scolas *codd.* non *om. MT* 26 contenderetquạe *P* posset *P* 28 obeundam *M* sapienti—audiret *om. Pm1* archesilas *codd.* 29 quidquam *om. M* omine *P* repperiri *Pm1*

opinionis naufragio sapientis committendam esse uitam. unde etiam conclusit nulli rei esse adsentiendum.

15. Uerum cum ita res se habeat, ut uetus Academia magis aucta quam oppugnata uideretur, extitit Philonis auditor Antiochus, qui, ut nonnullis uisus est, gloriae cupidior quam ueritatis in simultatem adduxit Academiae utriusque sententias. dicebat enim rem insolitam et ab opinione ueterum remotissimam Academicos nouos conatos inducere. in quam rem ueterum physicorum aliorumque magnorum philosophorum inplorabat fidem ipsos etiam Academicos oppugnans, qui se ueri simile contenderent sequi, cum ipsum uerum se ignorare faterentur, multaque argumenta collegerat, quibus nunc supersedendum arbitror, nihil tamen magis defendebat quam percipere posse sapientem. hanc puto inter Academicos nouos ac ueteres controuersiam fuisse. quae si secus se habet, ut Licentium plenissime informes pro utroque postulauerim. si uero ita est, ut dicere potui, susceptam disputationem peragite.

VII. 16. Tum ego: Quamdiu, inquam, Licenti, in isto nostro longiore quam putabam sermone conquiescis? audisti, qui sint Academici tui? — At ille uerecunde adridens et aliquantum hac compellatione turbatior: Paenitet me, inquit, tanto opere adfirmasse contra Trygetium beatam uitam in ueritatis inquisitione consistere. nam me ista quaestio ita perturbat, ut uix non miser sim, qui certe uobis, si quid humanitatis geritis, uideor miserandus. sed quid me ipse ineptus crucio? aut quid exhorreo tanta causae bonitate subnixus? prorsus non cedam nisi ueritati. — Placentne, inquam, tibi noui Academici? — Plurimum, inquit. — Ergo uerum tibi uidentur dicere? — Tum ille cum iam esset assensurus arrisione Alypii cautior factus haesit aliquantum et deinde: Repete, inquit, rogatiunculam. — Uerumne, inquam, tibi uidentur Academici dicere?

3 se res *T* haberet *Tm* 4 acuta *M* oppugnata∗*P* filonis *T* 5 nonnulli *Migne* uisum *M* 6 adduxerit *T* 8 conatus *Ma* phisicorum *MP* pysicorum *Tm1* alienorumque *M* 10 con∗tenderent (d *ras.*) *P* 12 sedendum *M* quam] quam uerum *m* 18 largiore *M* conquiess *Pm1* sunt *Tm1* 20 penitet *P* tantopere *HMT* 24 ineptus crutio *Pm1T* crucio ineptus *M* tantae *M* 25 prorsus *om. M* pacentne *Pm1* 27 uidentur tibi *edd.* iam] iam id *T* arisione *Pm1* 28 repetite (ti *add. m2*) *P* 29 dicere achademici *T*

— Et rursus cum diu tacuisset: Utrum, ait, uerum sit, nescio; probabile est tamen. neque enim plus uideo quod sequar. — Probabile, inquam, scisne ab ipsis etiam ueri simile nominari? — Ita, inquit, uidetur. — Ergo, inquam, ueri similis est Academicorum sententia. — Ita, inquit. — Quaeso attende, inquam, diligentius. si quisquam fratrem tuum uisum patris tui similem esse affirmet ipsumque tuum patrem non nouerit, nonne tibi insanus aut ineptus uidebitur? — Et hic diu tacuit; tum ait: Non mihi hoc uidetur absurdum.

17. Cui ego cum respondere coepissem: Expecta, inquit, quaeso paululum. ac post arridens: Dic mihi, ait, oro te, iamne certus es de uictoria tua? — Tum ego: Fac me, inquam, certum esse; non ideo tamen tu causam tuam debes deserere, praesertim cum haec inter nos disputatio suscepta sit exercendi tui causa et ad elimandum animum prouocandi. — Numquidnam, inquit, aut Academicos legi aut tot disciplinis eruditus sum, quibus tu ad me instructus aduentas? — Academicos, inquam, nec illi legerant, a quibus primo sententia ista defensa est. eruditio autem disciplinarumque copia si te deficit, non usque adeo tamen ingenium tuum esse debet inualidum, ut nullo facto impetu paucissimis uerbis meis rogationibusque succumbas. illud enim iam uereri coepi, ne tibi citius quam uolo succedat Alypius, quo aduersario non ita securus deambulabo. — Ergo utinam, inquit ille, iam uincar, ut aliquando uos audiam disserentes et, quod plus est, uideam, quo mihi spectaculo nihil potest felicius exhiberi. nam quoniam placuit uobis ista fundere potius quam effundere, si quidem ore prorumpentia stilo excipitis nec in terram, ut dicitur, cadere sinitis, legere etiam uos licebit; sed nescio quo modo, cum admouentur oculis idem ipsi, quos inter sermo caeditur, bona disputatio si non utilius, at certe laetius perfundit animum.

27 cf. Ter. Heaut. 242

1 rursum *edd.* 4 inquam *om.T* uerissimilis *P* uerisimiles *H* esse *M* 5 ita] est *T* quaeso] illud quaeso *T* iam quaeso *edd.* 6 uisum *om.M* 7 uel *M* 8 hoc *om.T* 10 ac *ex* at *corr.T* 11 uictori *Pm1* 14 nonquidnam *T* 15 sim *M* tu *om.M* instrutus *Pm1* aduenias (enias *in ras. m. post.*) *P* 16 ista sententia *M* 18 debet esse *T* 19 rogatianibusque *Pm1* rogationibus *T* 20 coepi* (t *ras.*) *P* titius *Pm1* 21 deambulo *Migne* 23 filitius *Pm1* facilius *Mm1T* uel carius *Mm2* 26 uobis *T* 27 ceditur *MT* ęditur *a* 28 at] ac *MP* animam *T*

18. Gratum habemus, inquam; sed repentina ista gaudia tua temere illam sententiam euadere coegerunt, qua dixisti nullum tibi spectaculum exhiberi posse felicius. quid, si enim patrem illum tuum, quo profecto nemo philosophiam est post tam longam sitim hausturus ardentius, nobiscum ista quaerentem ac disserentem uidebis, cum ego me fortunatiorem numquam putabo, quid te tandem sentire ac dicere conuenit? — Hic uero ille aliquantum lacrimauit et, ubi loqui potuit, porrecta manu caelum suspiciens: Et quando ego, inquit, deus, hoc uidebo? sed nihil est de te desperandum. — Hic cum paene omnes ab intentione disputationis dimitti in lacrimas coepissemus, obluctans mecum et uix me colligens: Age potius, inquam, et in uires tuas redi, quas ut congereres undeunde posses patronus Academiae futurus, longe ante monueram. non opinor ideo, ut modo

ante tubam tremor occupet artus

aut ut uisendae alienae pugnae desiderio tam cito te optes esse captiuum. — Hic Trygetius, ubi satis attendit iam uultus nostros serenatos: Quidni iste optet, inquit, homo tam sanctus, ut hoc ei deus ante uota concesserit? crede iam, Licenti; nam qui non inuenis quid respondeas, et adhuc ut uincare optas, paruae fidei mihi uideris. — Arrisimus. — Tum Licentius: Loquere beatus, inquit, non inueniendo uerum, sed certe non quaerendo.

19. Qua hilaritate adulescentulorum cum essemus laetiores: Attende, inquam, rogationem et in uiam firmior et ualentior redi, si potes. — En adsum, inquit, quantum possum. quid enim, si ille fratris mei uisor fama compertum habeat eum esse similem patris, potest insanus aut ineptus esse, si credit? — Stultusne, inquam, saltem dici potest? — Non continuo, inquit, nisi se id scire con-

14 Uerg. Aen. XI 424

3 exiberi *P* facilius *M* enim] etiam *HT* illum patrem *edd.* 5 uideris *T* 6 quod *a* 8 suspicens *Pm1* ego *om. a* 9 deus *om. M* sed] si *a* desperandum de te *T* 10 dimitti* *P* remitti *Tm* demitti *a* 12 quas] quas quia *T* ****unde (unde *ras.*) *P* unde *HM* 15 aut *om. a* tam cito] tacito *M* 16 tam *HMPa* 17 qu*inni *P* quinni *H* 18 concesserit (it *in ras.*) *P* nam] iam *H* 21 non] l in *Hm2 s. l.* 22 ilaritate *Pm1* adolescentorum *M* 23 redi firmior et ualentior *edd.* 24 quatum *Pm1* 25 similem esse *T* patri *M* 26 credis *M* stultus nequam *M* 27 potes *M* ni *T*

tenderit. nam si ut probabile sequitur quod crebra fama iactauit, nullius temeritatis argui potest. — Tum ego: Rem ipsam paulisper consideremus et quasi ante oculos constituamus. ecce fac illum nescio quem hominem, quem describimus, esse praesentem; aduenit alicunde frater tuus. ibi iste: cuius hic puer filius? respondetur: cuiusdam Romaniani. at hic: quam patris similis est! quam non temere hoc ad me fama detulerat! hic tu uel quis alius: nosti enim Romanianum, bone homo? non noui, inquit; tamen similis eius mihi uidetur. poteritne quisquam risum tenere? — Nullo modo, inquit. — Ergo, inquam, quid sequatur uides. — Iam dudum, inquit, uideo. sed tamen ipsam conclusionem abs te audire uolo; oportet enim alere incipias quem cepisti. — Quidni, inquam, concludam? ipsa res clamat similiter ridendos esse Academicos tuos, qui se in uita ueri similitudinem sequi dicunt, cum ipsum uerum quod sit ignorent.

VIII. 20. Tum Trygetius: Longe mihi, inquit, uidetur dissimilis Academicorum cautio ab huius quem descripsistis ineptia. illi enim rationibus assequuntur quod dicunt esse ueri simile, iste autem ineptus famam secutus est, cuius auctoritate nihil est uilius. — Quasi uero, inquam, non esset ineptior, si diceret: patrem quidem eius minime noui nec fama comperi, quam sit similis patri; sed mihi tamen similis uidetur. — Ineptior certe, inquit. sed quorsum ista? — Quia tales, inquam, sunt qui dicunt: uerum quidem non nouimus, sed hoc quod uidemus eius quod non nouimus simile est. — Probabile, inquit, illi dicunt. — Cui ego: Quomodo istuc dicis? an negas eos ueri simile dicere? — Et ille: Ego, inquit, ob hoc dicere uolui, ut illam similitudinem excluderem. uidebatur enim mihi fama inprobe inruisse in quaestionem uestram, cum Academici ne oculis

1 quod crebra (d cr *in ras. m2*) *P* 4 ali*unde (c *ras.*) *P* aliunde *M* 5 cuidam *M* 6 patri *MT* ad me hoc non temere *edd.* temeraria *T* 8 mihi *om.M* 10 iam inquit dudum *T* 11 istam *HM edd.* uolo audire *H* 12 coepisti (o *s. m2*) *P* quinni *P* con*cludam *P* similiter *bis scriptum P* 13 acathemicos *H* 14 quid *HMT edd.* sint *M* 15 tunc *T* inquit mihi *M* 16 descrisistis *P* descripsisti *HM edd.* 17 assecuntur *MTm1* 18 assecutus *a* 19 ineptior esset *edd.* 20 famam *a* patri sed (ed *in ras. m2*) *P* patris et (*om.* sed) *edd.* 21 qu*orsum *P* 22 quia] qui *MP* 24 quomo *P* ista *T* istud *a* 25 eo *M* inquit ego *edd.* 26 illam *om.H* 27 improbo *Tm1* inruise *Pm1* nec *T*

quidem credant humanis, nedum famae mille quidem, ut poetae fingunt, sed monstrosis tamen luminibus. nam quis ego tandem sum Academiae defensor? an in quaestione ista inuidetis securitati meae? en habes Alypium, cuius aduentus nobis quaeso ferias dederit, quem te iam dudum non frustra formidare arbitremur.

21. Tum facto silentio oculos ambo in Alypium contulerunt. tum ille: Uellem quidem, inquit, ut meae uires patiuntur, auxiliari aliquatenus partibus uestris, nisi mihi omen uestrum terrori esset. sed hanc formidinem, ni me spes fefellerit, facile fugem. simul enim solatur me, quod praesens Academicorum oppugnator onus Trygetii uicti paene subierit, et nunc eum uictorem uestra confessione probabile est. illud magis uereor, ne et deserti officii neglegentiam et inuasi inpudentiam deuitare non possim. non enim uos oblitos credo iudicis mihi munus fuisse delatum. — Hic Trygetius: Illud, inquit, aliud, hoc autem aliud est; quare quaesumus, ut te aliquando patiare priuatum. — Ne renuuerim, ait, ne, cum inpudentiam uel neglegentiam uitare cupio, in superbiae, quo uitio nihil est inmanius, laqueos incidam, si honorem mihi a uobis concessum diutius quam permittitis teneam.

IX. 22. Proinde uelim mihi exponas, bone accusator Academicorum, officium tuum, id est, in quorum defensione hos oppugnes. metuo enim, ne Academicos refellens Academicum te probare uelis. — Accusatorum, inquam, ut opinor, duo genera esse bene nosti. si enim a Cicerone modestissime dictum est ita eum esse Uerris accusatorem, ut Siculorum defensor esset, propterea necesse est eum, qui aliquem accuset, habere alterum, quem defendat. — Et ille: Saltem habesne tu quidquam, in quo sententia tua iam fundata constiterit? — Facile est, inquam, huic rogationi respondere mihi praesertim.

1 cf. Uerg. Aen. IV 181 sqq. 24 cf. Cic. Uerr. II 4, 82

1 *ille (m *ras.*) *P* nullae *a* 2 in luminibus (in *m2*) *P* 3 inuidetis (tis *m2 in mg.*) *P* 4 quaeso] quoque *M* 5 arbitramur *Mm2Tm* 7 inquit quidem *edd.* 8 terroris *HP* 9 facile *om.M* fugiam *Ma* 10 solatu *Pm1* honus *T* 14 illum *MPm1* 15 *pr.* aliud] aliud est *T* est *om.T* 16 renuerim *HMPm2T* dum *edd.* 18 laqeos *Pm1* onorem *Pm1* 21 defensionem *m* hos] os *Pm1* eos *Pm. post.* 24 bene *om.Mm1* si enim] non enim si *Tm* 25 Uerris esse *edd.* 26 accused *Pm1* accusat *edd.* 28 tu *om.M*

cui repentina non est; iam hoc totum mecum egi et diu multumque uersaui animo. quam ob rem audi, Alypi, quod, ut arbitror, iam optime scis: non ego istam disputationem disputandi gratia susceptam uolo. satis sit quod cum istis adulescentibus prolusimus, ubi libenter nobiscum philosophia quasi iocata est. quare auferantur de manibus nostris fabellae pueriles. de uita nostra de moribus de animo res agitur, qui se superaturum inimicitias omnium fallaciarum et ueritate conprehensa quasi in regionem suae originis rediens triumphaturum de libidinibus atque ita temperantia uelut coniuge accepta regnaturum esse praesumit securior rediturus in caelum. uides quid dicam. tollamus iam cuncta ista de medio

arma acri facienda uiro;

nec quidquam minus semper optaui quam inter eos, qui secum multum uixerunt multumque sermocinati sunt, oriri aliquid, unde nouus quasi conflictus exsurgat. sed propter memoriam, quae infida custos est excogitatorum, referri in litteras uolui, quod inter nos saepe pertractauimus, simul ut isti adulescentes et in haec attendere discerent et aggredi ac subire temtarent.

23. Tune ergo nescis nihil me certum adhuc habere quod sentiam, sed ab eo quaerendo Academicorum argumentis atque disputationibus impediri? nescio quo enim modo fecerunt in animo quandam probabilitatem — ut ab eorum uerbo nondum recedam — quod homo uerum inuenire non possit; unde piger et prorsus segnis effectus eram nec quaerere audebam, quod acutissimis ac doctissimis uiris inuenire non licuit. nisi ergo prius tam mihi persuasero uerum posse inueniri, quam sibi illi non posse persuaserunt, non audebo quaerere nec habeo aliquid, quod defendam. itaque istam inter-

10 cf. Retract. I 1, 8  12 Uerg. Aen. VIII 441

2 seruaui *M*  ob rem audi *P in ras.*  4 prolusionis *Hm1* praelusimus *m* 5 cum (*om.* nobis) *M*  6 nostris *om. T*  8 conpraehensa *P*  11 de medio iam cuncta ista *edd.*  12 arma *ex* armi *T*  arma*acri (a *ras.*) *P*  13 nequiquam minus *MP* nec minus quicquam *T*  obtaui *T*  hos *T*  14 sermotinati *Pm1* 16 est *om. a*  17 ptra*cuimus *Pm1* tractauimus *MT*  18 aggredi *ex* adgredi *T* temptarent *HMPm2T*  20 ab eo] habeo *Ta*  atq; (q; *m2*) *P*  21 enim quomodo *m*  24 ac doctissimis *om. HMP; cf. III 15, 34*; *ciu. dei* V 12 (*I p.* 272, 8 *H*) 25 persuadero *Tm1*  27 intergationem *Pm1*

rogationem remoue, si placet; potius discutiamus inter nos, quam sagaciter possumus, utrumnam possit uerum inueniri. et pro parte mea uideor mihi habere iam multa, quibus contra rationem Academicorum niti molior; inter quos et me modo interim nihil distat, nisi quod illis probabile uisum est non posse inueniri ueritatem, mihi autem inueniri posse probabile est. nam ignoratio ueri aut mihi, si illi fingebant, peculiaris est aut certe utrisque communis.

X. 24. Tum Alypius: Iam, inquit, securus incedam; uideo enim te non tam accusatorem quam adiutorem fore. itaque ne longius abeamus, uideamus quaeso prius, ne per hanc quaestionem, in qua successisse uideor his, qui tibi cesserunt, in uerbi controuersiam decidamus, quod te ipso insinuante et auctoritate illa Tulliana turpissimum esse saepe confessi sumus. cum enim, ni fallor, Licentius placuisse sibi diceret de probabilitate Academicorum sententiam, subiecisti, quod ille haud dubie confirmauit, sciretne hanc ab eisdem etiam ueri similitudinem nominari. et bene noui, si quidem ex te mihi nota sunt, non absque te esse Academicorum placita. quae cum, ut dixi, animo tuo infixa sint, quid uerba secteris ignoro. — Non est ista, inquam, mihi crede, uerborum, sed rerum ipsarum magna controuersia; non enim eos illos uiros fuisse arbitror, qui rebus nescirent nomina imponere, sed mihi haec uocabula uidentur elegisse et ad occultandam tardioribus et ad significandam uigilantioribus sententiam suam. quod quare et quomodo mihi uideatur exponam, cum prius illa discussero, quae ab eis tamquam cognitionis humanae inimicis dicta homines putant. itaque perlibenter habeo huc usque hodie nostrum processisse sermonem, ut satis quid inter nos quaereretur aperteque constaret. nam illi mihi uidentur graues omnino ac prudentes uiri fuisse. si quid est autem,

13 cf. Cic. de orat. I 47. cf. Aug. de ciu. dei IX 5 (I 416, 1 H)

1 potius] et potius *T edd.* 2 sagatiter *Pm1* ue*rum *P* 3 iam *om.M* multa] m. ea sunt autem *T* rationes *T* 4 nihil interim *M* 5 ueritatem—inueniri *om.Tm1* 6 si] sicut (cut *m2 s. l.*) *P* 10 habeamus *Pm1* 11 iis *m* 12 te *Pm2 s. l.* et] ex *edd.* 15 dubiae *Pm1* 17 ex te] abs te *H* et per te *T* 18 quid] quae *a* 20 eos] eos ego *T* illos *m* uiros eos *m* 21 nescirent** (nt *m2*) *P* nescire *M* 22 cultandam *MPm1* 24 uidetur *Tm1* 26 abeo *Pm1* hoc usque *MP* 28 fuisse graues omnino ac pr. uiri *M* autem est *a*

quod nunc disputabimus, aduersus eos erit, qui Academicos inuentioni ueritatis aduersos fuisse crediderunt. et ne me territum putes, etiam contra eos ipsos non inuitus armabor, si non occultandae sententiae suae causa, ne ab eis temere pollutis mentibus et quasi profanis quaedam ueritatis sacra proderentur, sed ex animo illa, quae in eorum libris legimus, defenderunt. quod hodie facerem, nisi nos solis occasus iam domum redire compelleret. — Hactenus illo die disputatum est.

XI. 25. Postridie autem, quamuis non minus blandus tranquillusque dies inluxisset, uix tamen domesticis negotiis euoluti sumus. nam magnam eius partem in epistolarum maxime scriptione consumseramus et, cum iam duae horae uix reliquae forent, ad pratum processimus. nam inuitabat caeli nimia serenitas placuitque, ut ne ipsum quidem quod restiterat tempus perire pateremur. itaque cum ad arborem solitam uentum esset et mansissemus loco: Uelim uos, inquam, adulescentuli, quoniam non est hodie magna res aggredienda, in memoriam mihi reuocetis, quomodo hesterno die rogatiunculae, quae uos turbauit, Alypius responderit. — Hic Licentius: Tam breue est, inquit, ut nihil negotii sit hoc recordari; quam leue sit autem, tu uideris. nam, ut opinor, uetuit te, res cum constaret, de uerbis mouere quaestionem. — Et ego: Hoc ipsum, inquam, quid sit quamue habeat uim, satis animaduertistis? — Uideor, inquit, mihi uidere quid sit; sed quaeso tu id paulisper exponas. nam saepe abs te audiui turpe esse disputantibus in uerborum quaestione inmorari, cum certamen nullum de rebus remanserit. sed hoc subtilius est, quam ut explicandum a me debeat flagitari.

26. Audite ergo, inquam, quid sit, uos. id probabile uel ueri simile Academici uocant, quod nos ad agendum sine adsensione potest inuitare. sine adsensione autem dico, ut id quod agimus non

1 disputauimus *HMPa* aduersu *Pm1* 2 aduersatos *T* diderunt *Pm1* ne *add. Pm2 s. l.* teritum *Pm1* 4 sue *P* ne] saltem ne *T* 6 defenderent *a* facerent *HMP* 7 redirei *T* 9 post tridie *T* autem *in ras. T* tranquillusq; que (q; *add. m2*) *P* 10 illuxit *M* a domesticis *T* **sumus (su *ras.*) *P* 11 scribtione *Pm1* consumpseramus *HMPm2* 12 patum *Pm1* 13 mira *T* 15 mansisemus *Pm1* 16 inquam uos *T* 18 turbant *Pm1* 19 haec *T* 22 animauertistis *Pm1* 23 quaero *T* 24 audiui* *T* 26 suptilius *T* 27 quid] quid istuc *T* uos *om T* id *om. T* uel] ac uel *Pm1* ac id *Pm2*

opinemur uerum esse aut non id scire arbitremur, agamus tamen: ut uerbi causa, utrum hesterna nocte tam liquida ac pura hodie tam laetus sol exorturus esset, si nos quispiam rogaret, credo, quod nos id scire negaremus, diceremus tamen ita uideri. talia, inquit Academicus, mihi uidentur omnia, quae probabilia uel ueri similia putaui nominanda; quae tu si alio nomine uis uocare, nihil pugno. satis enim mihi est te iam bene accepisse, quid dicam, id est quibus rebus haec nomina inponam. non enim uocabulorum opificem, sed rerum inquisitorem decet esse sapientem. satisne intellexistis, quomodo mihi ludicra illa, quibus uos agitabam, de manibus excussa sint? — Hic cum ambo se intellexisse respondissent uultuque ipso responsionem postularent meam: Quid putatis, inquam, Ciceronem, cuius haec uerba sunt, inopem fuisse latinae linguae, ut minus apta rebus, quas sentiebat, nomina imponeret?

XII. 27. Tum Trygetius: Iam, inquit, placet nobis, cum res nota sit, de uerbis nullas calumnias commouere. quare uide potius, quid huic respondeas, qui nos liberauit, in quos tu impulsus temtas iterum inruere. — Et Licentius: Mane, ait, quaeso; nam mihi sublucet nescio quid, quod uideam non tibi tam facile tantum argumentum eripi debuisse. et cum defixus in cogitatione siluisset aliquantum: Rogo, inquit, nihil esse uidetur absurdius quam dicere se ueri simile sequi eum, qui uerum quid sit ignoret; nec illa me tua similitudo conturbat. nam recte ego interrogatus, utrum ex ista temperie caeli nulla in crastinum pluuia cogatur, respondeo esse ueri simile, qui me non nego nosse aliquid ueri. nam scio arborem istam modo argenteam fieri non posse multaque talia uere non inpudenter me scire dico, quorum uideo esse similia ea, quae ueri similia nomino. tu uero, Carneades, uel quae alia Graeca pestis, ut nostris parcam — quid enim dubitem in hanc partem transire ad eum, cui captiuus debeor iure uictoriae? — tu ergo, cum te nihil ueri scire dicas, unde hoc

4 Cic. Acad. frag. 19 Müller

1 non] nos *T* 2 tam *om. M* liquida** *P* 3 exhorturus *H* quisspiam *P* 7 repugno *HMPm2T edd.* te iam] etiam *M* 10 esse* (s *ras.*) *P* 12 sunt *T* 14 imponeret quas sentiebat nomina *m* 17 uerbo *T* 18 huc *T* 19 ruere *M* 20 quod] quo *T edd.* 22 nihil] nihil mihi *T edd.* uidetur esse *m* 22 similem *M* siqui *HMP* quit *Pm1* 24 intergatus *Pm1* illa *M* tempe*rie *P* 27 uera *T edd.* 29 quaedam *a* alia] ista alia *T* greca *MP* 31 uictoriae] u. tuae *T*

ueri simile sequeris? at enim non ei potui aliud nomen inponere. quid ergo nobis disputandum est cum eo, qui nec loqui potest?

28. Non ego, inquit Alypius, perfugas metuam; quanto minus ille Carneades, in quem nescio utrum iuuenali an puerili leuitate commotus maledicta potius quam aliquod telum putasti esse iaciendum. nam illi quidem ad roborandam sententiam suam, quae semper tenus probabili fundata fuit, hoc interim aduersum te facile suffecerit, ita nos a ueri inuentione procul esse positos, ut tu tibi ipse magno argumento esse possis, qui ita una interrogatiuncula loco motus es, ut ubi tibi standum esset penitus ignorares. sed haec atque scientiam tuam, quam tibi inpressam de hac arbore paulo ante confessus es, in aliud tempus differamus. quamuis enim iam alias partes delegeris, tamen sedulo docendus es, quid paulo ante dixerim. nondum, ut opinor, in eam quaestionem, qua utrum inueniri uerum possit quaeritur, progressi fueramus, sed illud tantum in ipso uestibulo defensionis meae praescribendum putaui, in quo te lassum prostratumque prospexeram, hoc est utrum ueri simile an probabile an alio si quo nomine appellari potest, quod sibi Academici sat esse dicant, quaerendum non esse. nam si tu optimus iam inuentor ueritatis tibi uideris, nihil ad me. postea si ingratus non fueris huic patrocinio meo, eadem fortasse me docebis.

XIII. 29. Hic ego, cum uerecunde Licentius Alypii impetum formidaret: Omnia potius, inquam, Alypi, loqui maluisti quam quem ad modum nobis cum his, qui loqui nesciant, disputandum sit. — Et ille: Quoniam olim cum mihi tum omnibus notum est et nunc tua professione satis indicas te loquendi peritum esse, uelim ex-

1 nomen ei non potui aliud *m* non p. ei aliud nomen *a* 4 iuuenali ac (c *m2*) *P* iuuenilia (*om.* an) *HM* 5 telum *om.M* 6 saepe *a* tenus *om.M* probabili ratione *a* 7 sufficerit *HPm1* 8 sepositos *T* ipsi *a* 10 hoc *M* 11 paulo ante *om.M* 13 degeris *Pm1* delegeres *M* ante] at *Pm1* 14 dixerimus *T* nondum] n. enim *m* 16 ilud *Pm1* definitionis *M* 18 si*mile *P* approbabile *Tm1* 19 appellare (e *ex* i *m2*) *P* potes* *P* quod sibi] quod si *MP* si quod sibi *T* sat esse] adesse *T* 20 est *M* optimis *Pm1* iam *om.M* 21 si ingratus (si in *in ras.*) *P* patrotinio *Pm1* eandem *T* 22 me fortasse *M* 23 uereconde *Pm1* alipyi *P* 24 alypi* (i *ras.*) *P* 25 iis *m* 26 cum] tum *Mm1 edd.*

plices utilitatem primo huius inquisitionis suae, quae aut superflua est, ut opinor, et ei multo magis respondere superfluum est aut, si commoda uisa fuerit et a me explicari nequiuerit, precario abs te impetrem, ut magistri officium ne grauere. — Meministi, inquam, heri me esse pollicitum de istis uocabulis post acturum. et nunc ille sol admonet, ut quae ludicra pueris proposui redigam in cistas, praesertim cum ea ornandi iam potius quam uendendi gratia proponam. nunc antequam stilum nostrum tenebrae occupent, quae patronae Academicorum solent esse, uolo inter nos hodie plenissime constet, ad quam quaestionem nobis explicandam mane surgendum sit. itaque responde quaeso, utrum tibi uideantur Academici habuisse certam de ueritate sententiam et eam temere ignotis uel non purgatis animis prodere noluisse, an uero ita senserint, ut eorum se disputationes habent.

30. Tum ille: Quid illis animi fuerit, inquit, non temere confirmabo. nam quantum ex libris colligi datur, tu melius nosti, quae in uerba sententiam suam promere soleant; me autem de me ipso si consulis, inuentum nondum esse uerum puto. addo etiam, quod de Academicis flagitabas, nec posse inueniri me putare non solum inolita quam semper fere animaduertisti opinione mea sed etiam auctoritate magnorum excellentiorumque philosophorum, quibus nos praebere colla siue inbecillitas nostra siue sagacitas ipsorum, ultra quam nihil iam inueniri posse credendum est, nescio quo modo compellit. — Hoc est, inquam, quod uolui. nam uerebar, ne, cum tibi quoque id uideretur quod mihi, disputatio nostra manca remaneret nullo existente, qui ex altera parte rem uenire in manus cogeret, ut diligenter quantum possumus uersaretur. itaque si id euenisset, paratus eram te rogare, ut Academicorum partes ita susciperes, quasi tibi non solum disputasse sed etiam sensisse uiderentur uerum non posse comprehendi. quaeritur ergo inter nos, utrum illorum argu-

1 tuae *T* 3 nequierit *HM* non quiuerit *T* pr*ecario (a *ras.*) *P* abs te *om T* 4 neg*auere (r *ras.*) *P* 5 fuisse *T* acturus *M* 6 solam monet *P* redigam *T* praedicam *HMP* in cista *P* hin cistas *Hm1* incitat *Hm2* in cystras *M* 9 plenisisime *P* 10 est *M* 13 disputationes se *edd.* 16 colligatur (*om.* datur) *M* in quae *T* 18 uerum esse *m* 19 de] ab *MPm2*, *deest in Pm1T* 20 insolita (s *m2*) *P* fere *om. M* animiaduertisti *Pm1* 22 sagatitas *Pm1* insagacitas *M* eorum *M* 27 si deuenisset *MP* 28 achadmichorum *Pm1*

mentis probabile sit nihil percipi posse ac nulli rei esse assentiendum. quod si optinueris, cedam libenter; si autem demonstrare potuero multo esse probabilius et posse ad ueritatem peruenire sapientem et adsensionem non semper esse cohibendam, nihil habebis, ut opinor, cur non te in meam sententiam transire patiaris. — Quod cum illi placuisset et eis qui aderant, iam uespere obumbrati domum reuertimus.

## LIBER TERTIUS.

I. 1. Cum post illum sermonem, quem secundus liber continet, alio die consedissemus in balneis — nam erat tristior, quam ut ad pratum liberet descendere — sic exorsus sum: Arbitror uos iam satis animo aduertisse, qua de re inter nos discutienda quaestio constituta sit. sed antequam ad partes meas ueniam, quae ad eam pertinent explicandam, pauca quaeso de spe de uita de instituto nostro non ab re abhorrentia libenter audiatis. negotium nostrum non leue aut superfluum, sed necessarium ac summum esse arbitror, magno opere quaerere ueritatem. hoc inter me atque Alypium conuenit. nam et ceteri philosophi sapientem suum eam inuenisse putauerunt et Academici sapienti suo summo conatu inueniendam esse professi sunt idque illum agere sedulo, sed quoniam uel lateret obruta uel confusa non emineret, ad agendam uitam id eum sequi, quod probabile ac ueri simile occurreret. id etiam nostra pristina disceptatione confectum est. nam cum alter inuenta ueritate beatum fieri asseruerit hominem, alter uero tantum diligenter quaesita, nulli nostrum du-

2 obtinueris *HM* opti*nueris *P* 3 uenire *M* 5 sententiam (tiam *s. l. m2*) *P* 6 eis *HMP* ceteris *Tm* 7 reuertimur *a* 8 AURELI AU̅G̅ ACHADEMICORUM LIBER SECUNDUS EXPLICIT. INCIPIT LIBER TERTIUS *P* EXPLICIT LIBER SECUNDUS AURELII AUGUSTINI EPISCOPI ACHADEMICORUM. LIBER TERTIUS INCIPIT *H* EXPLICIT L̄ ·II· C̄TRA ACHADEM̄. INCIPIT LIB̄ ·III· *M* EXPLICIT LIB̄ ·II· AUGUSTINI AURELII CONTRA ACHADEMICOS. INCIP̄ *** III *T* 9 quem *deest in T* quae *P* 10 tristicior *P* 11 libere descendere possemus *M* exorsus sum *excidit in T* 12 animaduertisse *T edd.* 15 aborrentia *P* 17 magno*pere (o *ras.*) *P* magnopere *HMT* 18 philosophi*(a *ras.*) *P* 19 *inuenisse (m *ras.*) *P* inuenire *M* 24 ea inuenta (*om.* ueritate) *T* asseueret *ex* asseruerit *P*

bium est nihil esse a nobis huic negotio praeponendum. quam ob rem qualem uobis quaeso hesternum diem uidemur duxisse? uobis quidem in studiis uestris uiuere licuit. nam et tu, Trygeti, Uergilii te carminibus oblectasti et Licentius fingendis uersibus uacauit, quorum amore ita perculsus est, ut propter eum maxime mihi istum sermonem inferendum putarem, quo in eius animo philosophia — nunc enim tempus est — maiorem partem non modo quam poetica sed quaeuis alia disciplina sibi usurpet ac uindicet.

II. 2. Sed quaeso uos, nonne miserati nos estis, cum pridie ita cubitum issemus, ut ad dilatam quaestionem et prorsus ad nihil aliud surgeretur, quod tanta de re familiari necessario peragenda extiterunt, ut his penitus occupati uix duas extremas diei horas in nosmet ipsos respirare possemus? quare semper fuit sententia mea sapienti iam homini nihil opus esse; ut autem sapiens fiat, plurimum necessariam esse fortunam, nisi quid aliud uidetur Alypio. — Tum ille: Quantum iuris, inquit, fortunae tribuas, nondum bene noui. nam si ad contemnendam fortunam fortuna ipsa opus esse arbitraris, me quoque comitem in hanc sententiam do tibi. sin fortunae nihil aliud concedis quam ea, quae corporis necessitati non possunt nisi ipsa uolente suppetere, non ita sentio. aut enim licet eadem repugnante atque inuita nondum sapienti, cupido tamen sapientiae ea sumere, quae uitae necessaria confitemur, aut concedendum etiam in omni sapientis uita eam dominari, cum et ipse sapiens his, quae corpori necessaria sunt, non indigere non possit.

3. Dicis ergo, inquam, fortunam esse necessariam studioso sapientiae, sapienti uero negas. — Non ab re est eadem repetere, inquit. itaque nunc etiam abs te quaero, utrum fortunam ad se ipsam contemnendam aliquid iuuare aestimes. quod si arbitraris, dico sapientiae cupidum magnopere indigere fortuna. — Arbitror, inquam, si quidem per illam erit talis, qualis eam possit contemnere. nec absur-

14 cf. Retract. I 1, 2

1 a nobis nihil esse *M* 2 qualiter *a* nobis *T* 3 studiis (di *s. m2*) *P* uiuere (*cf. I 4, 11*)] uidere *P* tu *om. M* trygeti* (i *ras.*) *P* uirgilii *MT* te uirgilii *Tm1* 4 uacauit *Pm2T* uacuit *HMPm1* 8 uendicet *Ma* 9 miseratio *Hm1M* miserti *Migne* nos *T* nostri *HMP* (*cf. Conf. V 9, 16*) 12 is *Pm1* 13 nosme ipsos *Pm1* 21 tamen *om. M* 22 su*mere (m *ras.*) *P* 23 etiam *Pm1* e*iam *Pm. post.* est etiam *HMT edd.* 24 iis *m* 25 studioso *om M*

dum est; nam sic etiam paruis nobis ubera necessaria sunt, quibus efficitur, ut sine his postea uiuere ac ualere possimus. — Sententias, ait, nostras, si animi conceptio non dissonat, concordare mihi liquet, nisi forte disserendum cuiquam uidetur, quod fortunae uel uberum non ipsa ubera seu fortuna, sed alia res quaedam nos faciat contemtores. — Nihil magnum est, inquam, alio simili uti. nam ut sine naui uel quolibet uehiculo aut omnino, ne uel ipsum Daedalum timeam, sine ullis ad hanc rem accommodatis instrumentis aut aliqua occultiore potentia Aegeum mare nemo transmittit, quamuis nihil aliud quam peruenire proponat, quod cum ei euenerit, illa omnia, quibus aduectus est, paratus sit abicere atque contemnere, ita quisquis ad sapientiae portum et quasi firmissimum et quietissimum solum peruenire uoluerit — quoniam, ut alia omittam, si caecus ac surdus fuerit, non potest, quod positum est in potestate fortunae — necessariam mihi uidetur ad id quod concupiuit habere fortunam. quod cum obtinuerit, quamuis putetur indigere quibusdam rebus ad corporis ualitudinem pertinentibus, illud tamen constat, non his opus esse, ut sapiens sit, sed ut inter homines uiuat. — Immo, ait ille, si caecus ac surdus sit, et sapientiam adipiscendam et ipsam uitam, propter quam sapientia quaeritur, mea sententia iure contemnet.

4. Tamen, inquam, cum ipsa uita nostra, cum hic uiuimus, sit in potestate fortunae nec nisi uiuens quisque sapiens fieri possit, nonne fatendum est opus esse eius fauore, quo ad sapientiam peruehamur? — Sed cum sapientia, inquit, non nisi uiuentibus necessaria sit remotaque uita nulla sit indigentia sapientiae, nihil in propaganda uita pertimesco fortunam. etenim quia uiuo, propterea uolo sapientiam, non quod sapientiam desidero, uolo uitam. unde fortuna si mihi abstulerit uitam, auferet causam quaerendae sapientiae. nihil igitur habeo, cur ut fiam sapiens aut fauorem optem fortunae aut impedimenta formidem. nisi alia fortasse protuleris. — Tum ego: Non

1 u**bera *P* uerba *a* sunt necessaria *M* 3 nostra *Pm1* 4 nisi priorte (*in ras. et in mg. m2*) *P* discernendum *T edd.* 5 fortunae] uel fortunae *T edd.* contemptores *HMPm2T* 6 utinam *HMm1* 7 dedalum *MP* 9 mare egeum *T* 10 uenerit *a* 11 euectus *T* 14 necaessariam *Pm1* necessarium *M* 15 concupiit *T* 16 cum (c *in ras. m2*) *P* 20 scientia *a* contemnit *a* 22 *alt.* cum] quam *T* qua *edd.* 24 est] et *Pm1* perueamur *T* 25 necesaria *P* sit necessaria *edd.* 31 alia *ex* aba *corr. Pm2*

igitur censes sapientiae studiosum posse fortuna, ne ad sapientiam perueniat, impediri, etiamsi ei non auferat uitam? — Non arbitror, inquit.

III. 5. Uolo, inquam, mihi paululum aperias, quid tibi inter sapientem et philosophum distare uideatur. — Sapientem ab studioso, ait, nulla re differre arbitror, nisi quod quarum rerum in sapiente quidam habitus inest, earum est in studioso sola flagrantia. — Quae sunt tandem istae res? inquam; nam mihi nihil aliud uidetur interesse, nisi quod alter scit sapientiam, alter scire desiderat. — Si scientiam, inquit, modesto fine determinas, ipsam rem planius elocutus es. — Quoquo modo, inquam, eam determinem, illud omnibus placuit scientiam falsarum rerum esse non posse. — In hoc mihi, inquit ille, uisa fuit obicienda praescriptio, ne inconsiderata consensione mea facile in principalis illius quaestionis campis tua equitaret oratio. — Plane mihi, inquam, nihil ubi equitare possem reliquisti. nam, nisi fallor, quod iam dudum molior, ad ipsum finem peruenimus. si enim, ut subtiliter uereque dixisti, nihil inter sapientiae studiosum et sapientem interest, nisi quod iste amat, ille autem habet sapientiae disciplinam — unde etiam nomen ipsum, id est habitum quendam exprimere non cunctatus es — nemo autem habere disciplinam potest in animo, qui nihil didicit, nihil autem didicit, qui nihil nouit, et nosse falsum nemo potest, nouit igitur sapiens ueritatem, quem disciplinam sapientiae habere in animo, id est habitum iam ipse confessus es. — Nescio, inquit, cuius impudentiae sim, si habitum inquisitionis diuinarum humanarumque rerum esse in sapiente confessum me negare uoluero. sed qui tibi uideatur inuentorum probabilium habitus non esse, non uideo. — Concedis inquam, mihi falsa neminem scire? — Facile quidem, inquit. — Dic iam, si potes, inquam, sapientem nescire sapientiam. — Quid enim? ait, hoc limite uniuersa concludis, ut uideri sibi non possit comprehendisse se sapientiam? — Da, inquam, dexteram.

1 a fortuna *Tm* 2 non *et* uitam *om. M* 4 aperies *M* 5 sapientiam *M* a *m* 6 sapienti *T* sapientia *HMP* 7 quidem *M* 10 scientiam] sapientiam *M* 11 eloquutus *Pm1* quoquo] quo *P* inquam *om. M* deminem *Pm1* homnibus *P* 13 obicienda (i *pr. m2*) *P* praescribtio *Pm1* 14 fale *Pm1* eius *T* 15 inquam mihi *edd.* 25 inquesitionis *Pm1* 28 mihi inquam *edd.* facile] facile id *Tm* 29 potest *H* 30 uideriș *P* 31 se *om. T* dexteram (ram *in ras.*) *P* dextram *M*

nam, si meministi, hoc est quod heri me dixi effecturum, quod nunc non a me conclusum, sed a te ultro mihi oblatum esse gaudeo. nam cum inter me et Academicos hoc interesse dixissem, quod illis probabile uisum est ueritatem non posse comprehendi, mihi autem nondum quidem a me inuentam, inueniri tamen posse a sapiente uideatur, nunc, cum mea interrogatione urgereris, utrum sapiens nesciat sapientiam, ‘uidetur sibi scire‘ dixisti. — Quid tum postea? inquit. — Quia, si uidetur sibi, inquam, scire sapientiam, non ei uidetur nihil scire posse sapientem; aut, si sapientia nihil est, uolo affirmes.

6. Crederem uere, inquit, ad calcem nos finesque uenisse, sed repente, cum dexteras interposuisti, disiunctissimos nos esse et in longum progressos uideo, uidelicet quod hesterno die a nobis nulla alia quaestio constituta uidebatur, nisi quod sapientem ad comprehensionem ueri peruenire posse affirmante te ego negaueram, nunc uero nihil me opinor concessisse tibi quam uideri posse sapienti probabilium rerum se consecutum esse sapientiam; quam tamen sapientiam in inuestigatione diuinarum humanarumque rerum me constituisse nulli nostrum arbitror dubium. — Non, inquam, ideo, quia inuoluis, euolueris; uideris enim iam mihi exercendi tui causa disputare et, quia bene nosti istos adulescentulos uix adhuc posse discernere, quae acute ac subtiliter disseruntur, tamquam iudicum abuteris ignorantia, ut tibi quantum libet loqui nullo liceat reclamante. nam paulo ante dixisti, cum quaererem, utrum sciret sapiens sapientiam, scire sibi uideri. cui ergo uidetur sapientem scire sapientiam, non utique uidetur nihil scire sapientem. hoc enim contendi non potest, nisi quisquam dicere audeat nihil esse sapientiam. ex quo fit, ut hoc tibi, quod etiam mihi, uideatur, nam mihi uidetur sapientem non nihil scire et tibi, opinor, cui placet uideri sapienti sapien-

1 eri *Pm1* 4 compraehendi *Pm1* 5 inuenta *T* 6 nunc] nunc tu *T edd.* mea cū *Tm1* 7 uidetur *add. Pm2 in mg.* 8 inquam *om. T* 11 inquam *T* finesq;**ne *P* finemque *HMm* in finemque *T* 15 perueniri *M* firmante *M* te *om. T* 16 nihil] n. aliud *T* 17 consequtum *Pm1* constiturum *M* 19 nullo *P* nostrum] uestrum *M* nostrum esse *T* 20 inuoluis— quia *om. HMP* 21 adhuc] hic *M* 22 iudecum *Pm1* iudicium *H*, *om. M* 23 nullo* *P* 24 dixisti *om. T* cum *ex* quum *P* quaerem *Pm1* 25 uide**ri (ui *m2*) *P* uideri dixisti *T* cui (i *m2*) *P* 28 hoc] iam hoc *T edd.* tibi quod *Mm2 s. l.* nam mihi uidetur *om. HMP* 29 sapienti *om. M*

tem scire sapientiam. — Tum ille: Non magis me ingenium exercere uelle quam te arbitror et id miror; non enim tibi ulla in hac re exercitatione opus est. nam mihi adhuc fortasse caeco uidetur interesse inter uideri sibi scire et scire et inter sapientiam, quae in inuestigatione posita est, et ueritatem. quae a nobis cum alterutra dicantur, sibi quem ad modum quadrent non inuenio. — Tum ego, cum iam ad prandium uocaremur: Non, inquam, mihi quod tantum reniteris displicet; aut enim ambo nescimus, quid loquamur, et danda est opera, ne tam turpes simus, aut unus nostrum, quod item relinquere atque neglegere non minus turpe est. sed pomeridianis horis rediemus ad inuicem. mihi enim, cum uideretur iam nos ad calcem peruenisse, pugnos etiam miscuisti. — Hic cum arrisissent, discessimus.

IV. 7. Et cum redissemus, inuenimus Licentium, cui numquam sitienti Helico subuenisset, excogitandis uersibus inhiantem. nam de medio paene prandio, quamuis nostri prandii idem initium qui finis fuit, clam surrexerat nihilque biberat. cui ego: Opto quidem, inquam, tibi, ut istam poeticam, quam concupisti, conplectaris aliquando, non quod me nimis delectat ista perfectio, sed quod uideo te tantum exarsisse, ut nisi fastidio euadere ab hoc amore non possis, quod euenire post perfectionem facile solet. deinde cum sis bene canorus, malim auribus nostris inculces tuos uersus quam ut in illis Graecis tragoediis more auicularum, quas in caueis inclusas uidemus, uerba quae non intellegis cantes. admoneo tamen, ut pergas potum, si uoles, et ad scholam redeas nostram, si tamen aliquid iam de te Hortensius et philosophia meretur, cui dulcissimas primitias iam uestro illo sermone libasti, qui te uehementius quam ista poetica incenderat ad magnarum et uere fructuosarum rerum scientiam. sed dum ad istarum disciplinarum, quibus excoluntur animi,

2 hanc rem *T edd.* 3 nam—fortasse *add. in mg. Pm2* 4 inter *ante* uideri *om. M* scire sibi *T* *alt.* et *om. M* 5 inuestigatione*(m *ras.*) *P* 7 p*randium (a *ras.*) *P* 9 unum *M* 10 promeridianis *HMPm2T* meridianis *Pm1* post meridianas *a* horas *a* 11 redeamus (e *alt. ex* i) *M* rediemus (iemus *in ras. m2*) *T* 12 peruenisse* *P* 14 redisemus *Pm1* 15 sitienti *om. M* helicoo *HP* helicon *T*, *om. M* subuenissent *HMP* 19 *pr.* quo *HMP* nims *Pm1* delectet *edd.* 24 amoneo *Pm1* 25 sc*olam (h *ras.*) *P* scolam *MT* iam—hortensius *Tm2 in ras.* 26 mereretur *T* 27 nostro *a* sermone illo *Tm1* 28 incederat *Pm1* 29 animi excoluntur *M* animi *ex* amici *Pm2*

circulum reuocare uos cupio, metuo, ne uobis labyrinthus fiat, et prope me paenitet ab illo te impetu repressisse. — Erubuit ille discessitque, ut biberet. nam et multum sitiebat et occasio dabatur euitandi me plura fortasse atque asperiora dicturum.

8. Et cum redisset, intentis omnibus sic coepi: Itane est, Alypi, ut inter nos de re iam, ut mihi uidetur, manifestissima non conueniat? — Non mirum est, inquit, si quod tibi in promptu esse asseris mihi obscurum sit, si quidem pleraque manifesta possunt aliis manifestiora et item obscura quaedam nonnullis obscuriora esse. nam si et hoc tibi uere manifestum est, mihi crede esse alium quemquam, cui et hoc manifestum tuum manifestius sit, et item alium, cui meum obscurum sit obscurius. sed ne me perpugnacem diutius putes, obsecrauerim, ut hoc manifestum manifestius edisseras. — Adtende, inquam, quaeso diligenter et quasi seposita paululum respondendi cura. si enim bene me atque te noui, facile data opera clarebit quod dico et alter alteri cito persuadebit. dixistine tandem an fortasse obsurdueram, uideri sapienti se scire sapientiam? — Annuit. — Omittamus, inquam, paululum istum sapientem. tu ipse sapiens es an non? — Nihil, inquit, minus. — Uolo tamen, inquam, respondeas mihi, quid ipse sentias de sapiente Academico, utrumnam tibi uideatur scire sapientiam? — Utrum sibi, inquit, scire uideatur an sciat, unumne an diuersum putas? metuo enim, ne haec confusio cuiquam nostrum suffugium praebeat.

9. Hoc est, inquam, Tuscum illud iurgium, quod dici solet, cum quaestioni intemtatae non eius solutio, sed alterius obiectio uidetur mederi. quod etiam poeta noster — ut me aliquantum Licentii auribus dedam — decenter in Bucolico carmine hoc rusticanum et plane pastoricium esse iudicauit, cum alter alterum interrogat, ubi caeli spatium non amplius quam tres ulnas pateat, ille autem

quibus in terris inscripti nomina regum
nascantur flores.

29 cf. Uerg. eclog. 3, 105 30 Uerg. eclog. 3, 106 sq.

1 circum *Tm* laberintus *T* laborinthus *M* 2 peniteat (a *m2*) *M* 5 redissed *Pm1* 8 possunt (t *in ras. m2*) *P* possint *HM edd.* 11 hoc***P* 12 obscurius sit *edd.* putes diutius *M* 13 manifestum *om.Mm1* 14 et quasi—16 alter *om.Pm1* 15 facilae *P* 16 et *om.Pm2* 20 quod *H* 21 *pr.* sire *Pm1* 22 putes *Tm1* 24 Tuscum] **cum *M* 25 inten*tatae *P* 27 dedam *Pm2 in mg.* declam *Pm1* bucolio *Tm1* 28 pastoricium *Tm2 in mg.* pastoritium *Pm1* pastoricum *a* 30 dic quibus *edd.*

quod quaeso, Alypi, ne in uilla nobis licere arbitreris. certe uel istae balneolae aliquam decoris gymnasiorum faciant recordationem; ad id, si placet, quod rogo, responde: uideturne tibi sapiens Academicorum scire sapientiam? — Ne uerba uerbis referendo, inquit, in longum eamus, uidetur uideri sibi scire. — Uidetur ergo, inquam, tibi nescire? non enim ego quaero, quid tibi uideatur uideri sapienti, sed utrum tibi uideatur sapiens scire sapientiam. potes, ut opinor, hic aut aiere aut negare. — O utinam, inquit, aut ita mihi facile esset ut tibi aut ita tibi difficile ut mihi, nec tam molestus esses nec in his quidquam sperares. nam cum me interrogares, quid mihi de Academico sapiente uideatur, respondi uideri mihi, quod uideatur sibi scire sapientiam, ne aut temere me scire affirmarem aut illum non minus temere scire dicerem. — Pro magno, inquam, beneficio mihi obsecro concedas primo, ut ad id quod ego, non ad id quod tute interrogas respondere digneris, deinde ut spem meam, quam tibi non minus curae quam tuam esse scio, nunc paululum omittas — certe si me ista interrogatione decepero, cito transibo in tuam partem controuersiamque finiemus — postremo ut pulsa nescio qua sollicitudine, qua te tangi uideo, diligentius animaduertas, quo facile intellegas, quid mihi abs te responderi uelim. dixisti enim ideo te non aut aiere aut negare — quod utique faciendum est ad id quod rogo — ne temere te scire dicas quod nescis; quasi uero ego quid scias quaesierim et non quid tibi uideatur. itaque nunc idem planius — si tamen planius dici potest — interrogo: uideturne tibi scire sapientiam sapiens an non uidetur? — Si inueniri, inquit, sapiens, qualem ratio prodit, queat, potest uideri mihi scire sapientiam. — Ratio igitur, inquam, talem tibi prodit esse sapientem, qui sapientiam non ignoret; et recte istuc. non enim aliter decebat uideri tibi.

10. Quaero ergo iam, utrum possit sapiens inueniri. si enim potest, potest etiam scire sapientiam omnisque inter nos quaestio

2 ginnasioru (i *pr. in* y *corr.*) *T* 5 inquam] in quāṇṭum *H* 6 nescire *add. Tm2 in mg.* 7 sapienscire *Pm1* 8 potest *M* agere *M* 12 uidatur *Pm1* 15 tu te *m* 16 *alt.* quam] q. mihi *a* esse] esse certo *T edd.* 17 certe— ista *om. M* 19 solicitudine *P* 21 aiere] affirmare *Mm2* 24 idem *om. m* po*test *P* 26 mihi uideri *m* 27 inquam igitur *P* 29 tibi *om. M* 31 *alt.* potest *om. H* quaestio inter nos *edd.*

dissoluta est. si autem non posse dicis, iam non quaeretur, utrum sapiens aliquid sciat, sed utrum sapiens quisquam esse possit. quo constituto iam recedendum erit ab Academicis et tecum ista quaestio, quantum ualemus, diligenter cauteque uersanda. nam illis placuit uel potius uisum est et esse posse hominem sapientem et tamen in hominem scientiam cadere non posse — quare illi sapientem nihil scire adfirmarunt — tibi autem uidetur scire sapientiam, quod non est utique nihil scire. simul enim placuit inter nos, quod etiam inter omnes ueteres interque ipsos Academicos, scire falsa neminem posse; unde illud iam restat, ut aut contendas nihil esse sapientiam aut talem sapientem ab Academicis describi, qualem ratio non habet, fatearis et his omissis consentias, ut quaeramus, utrum possit homini talis prouenire sapientia, qualem prodit ratio. non enim aliam debemus aut possumus recte uocare sapientiam.

V. 11. Etsi concedam, inquit, quod te magnopere niti uideo, sciri a sapiente sapientiam et aliquid inter nos deprehensum, quod sapiens possit percipere, tamen nequaquam mihi occurrit Academicorum labefactata omnis intentio. prospicio enim defensionis eis locum non minimum reseruatum nec illam assensionis suspensionem esse praecisam, cum hoc ipso causae suae deesse non possint, quo conuictos putas. dicent enim usque adeo nihil conprehendi nullique rei assensionem praebendam, ut etiam hoc de nihilo percipiendo, quod tota sibi paene uita usque ad te probabiliter persuaserant, nunc ista conclusione sibi extortum sit, ut, siue tunc huius argumenti uis tarditate ingenii mei siue re uera suo robore inuicta sit, eos loco mouere non possit, cum audacter affirmare adhuc ualeant ne nunc quidem ulli rei consentiendum esse. forte enim aliquando contra hoc quoque nonnihil uel a se uel a quopiam reperiri posse. quod acute proba-

9 cf. Cic. Acad. II 40. 103

2 aliquit *Pm1* 3 questione *M* 4 uelemus *Pm1* cauteque *om.M* uersandum *M* 6 sientiam *Pm1* 7 n̄* *in ras. m2P* 9 falsa *T* falli *HMPa* 10 contendas *ex* contemnas *corr.Tm1* 11 habeat *a* 12 *ab* et his *incipit cap. V m* 15 s*ciri (i *ras.*) *P* scire *Ma* 16 sapientem (*om.* a) *M* depraehensum *Pm1* deprehensum erit *T* 17 labefaltata *Pm1* labefacta *a* 19 minutum *M* suspicionem *Tm2 s.l.* 20 conuictas *Mm1* 21 cō*prehendi *P* 22 prehendendam *M* nihil *Tm* percipendo *Pm1* pena *P* 23 persua*serant (s *ras.*) *P* 24 tunc] tunc siue nunc *edd.* 25 inducta *T* 27 assentiendum *T* 28 repperiri *HPm1*

biliterque dicatur, suamque imaginem et quasi speculum quoddam in Proteo illo animaduerti oportere, qui traditur eo solere capi, quo minime caperetur, inuestigatoresque eius numquam eundem tenuisse nisi indice alicuius modi numine. quod assit et illam nobis ueritatem, quae tantum curae est, demonstrare dignetur! ego quoque uel ipsis inuitis, quod minime reor, illos superatos esse confitebor.

12. Bene habet, inquam, prorsus nihil amplius optaui. nam uidete quaeso, bona mihi quot et quanta prouenerint. primum est, quod Academici iam sic conuicti esse dicuntur, ut nihil eis restet ad defensionem, nisi quod fieri non potest. quis enim hoc aut intellegere ullo modo aut credere ualeat eum, qui uictus sit, eo ipso, quo uictus est, uictorem se esse gloriari? deinde si quid iam remanet cum his conflictionis, non ex eo est, quod dicunt nihil sciri posse, sed ex eo, quod nulli rei assentiendum esse contendunt. nunc itaque concordes sumus. nam ut mihi, ita etiam illis uidetur sapientem scire sapientiam. sed tamen ab assensione illi temperandum monent. uideri enim sibi tantum dicunt, scire autem nullo modo; quasi ego me scire profitear. mihi quoque uideri istuc dico; sum enim stultus ut etiam ipsi, si nesciunt sapientiam. adprobare autem nos debere aliquid puto, id est ueritatem. de quo eos consulo, utrum negent, id est utrum eis placeat ueritati assentiendum non esse. numquam hoc dicent, sed eam non inueniri asseuerabunt. ergo et hic ex nonnulla parte socium me tenent, quod utrisque non displicet atque adeo necessario placet consentiendum esse ueritati. sed quis eam demonstrabit? inquiunt. ubi ego cum illis non curabo certare; satis mihi est, quod iam non est probabile nihil scire sapientem, ne rem absurdissimam dicere cogantur, aut nihil esse sapientiam aut sapientiam nescire sapientem.

2 cf. Uerg. Georg. IV 388 sqq.

2 im *T* protheo *HMPm2T* protho *Pm1* animaduertisti *M* 3 caperetur *om. M* 4 alicuius modi (modi *m2*) *T* nomine *Tm1* quod *P* quod si *HMT edd.* nobis *om. M* 5 in ipsis (in *del. m2*) *T* 8 quot] quo *P* quae *Ma* 9 fensionem *Pm1* 10 non *Pm2 s.l.* 13 scire *Hm1P* 16 ssensione *Pm1* 18 uidere *Hm1* istud *edd.* ipsis *Pm1* si *om. MTm1* 19 aprobare *Pm1* 20 consolo *Pm1* *post* negent *add. m2 s.l.* eis *P* 22 ueniri *Pm1* 23 utriusque *Pm1* 25 satis** *P* probabile non est *edd.* 26 dicere *om. M*

VI. 13. Quis autem uerum possit ostendere, abs te, Alypi, dictum est, a quo ne dissentiam magnopere mihi laborandum est. etenim numen aliquod aisti solum posse ostendere homini, quid sit uerum, cum breuiter tum etiam pie. nihil itaque in hoc sermone nostro libentius audiui, nihil grauius, nihil probabilius et, si id numen, ut confido, assit, nihil uerius. nam et Proteus ille — quanta abs te mentis altitudine commemoratus, quanta intentione in optimum philosophiae genus! — Proteus enim ille, ut uos adulescentes non penitus poetas a philosophia contemnendos esse uideatis, in imaginem ueritatis inducitur; ueritatis, inquam, Proteus in carminibus ostentat sustinetque personam, quam obtinere nemo potest, si falsis imaginibus deceptus comprehensionis nodos uel laxauerit uel dimiserit. sunt enim istae imagines, quae consuetudine rerum corporalium per istos, quibus ad necessaria huius uitae utimur, sensus nos, etiam cum ueritas tenetur et quasi habetur in manibus, decipere atque inludere moliuntur. hoc ergo tertium bonum mihi accidit, quod non inuenio quanti aestimem. mecum enim familiarissimus amicus meus non solum de probabilitate humanae uitae uerum etiam de ipsa religione concordat, quod est ueri amici manifestissimum indicium, si quidem amicitia rectissime atque sanctissime definita est rerum humanarum et diuinarum cum beniuolentia et caritate consensio.

VII. 14. Tamen ne aut Academicorum argumenta quasdam nebulas uideantur offundere aut doctissimorum uirorum auctoritati, inter quos maxime Tullius non mouere nos non potest, superbe nonnullis resistere uideamur, si uobis placet, prius pauca contra eos disseram, quibus uidentur disputationes illae aduersari ueritati, deinde, ut mihi uidetur, ostendam, quae causa fuerit Academicis occultandae sententiae suae. itaque, Alypi, quamuis te totum in meis partibus uideam, tamen suscipe pro his paululum mihique responde. —

21 Cic. Lael. 20

2 mihi *om. M* 6.8.10 protheus *codd.* 7 intentioneione (*corr. m2*) *P* 8 ille *om. M* 10 indicitur *Hm1* Proteus *om. M* 14 huius uitae *om. M* 17 aestimem] est *M* familiarissonus *P* 18 uerum *T* uel *HMP* 19 relegione *P* amici** *P* iudicium *H* 21 beneuolentia *HMT* 23 *post* aut *ras. 6 litt. P* 24 effundere *M* offendere *Pm1* 26 resistere uidemur *P* uideamur resistere *T* edisseram *T* 27 ueritate *Hm1* 30 his (s *m2*) *P* paulolum *M* o mihi (*om.* que) *P*

Quoniam, inquit, hodie auspicato, ut aiunt, processisti, non impediam plenissimam uictoriam tuam et partes illas iam securius, quo abs te imponuntur, temptabo suscipere, si tamen hoc, quod interrogationibus te acturum esse significas, in orationem perpetuam, si tibi commodum est, malis conuertere, ne uere ut pertinax aduersarius, quod a tua humanitate longissimum est, minutis illis telis abs te iam captiuus excrucier.

15. Atque ego, cum et illos hoc expectare animaduerterem, quasi aliud ingressus exordium: Morem, inquam, uobis geram et, quamuis post illum laborem scholae rhetoricae in hac me leui armatura nonnihil requieturum esse praesumseram, ut interrogando ista potius agerem quam dicendo, tamen quia et paucissimi sumus, ut clamare mihi contra ualetudinem meam non sit necesse, et istum stilum causa eiusdem salutis quasi aurigam moderatoremque sermonis mei esse uolui, ne concitatius rapiar animo, quam cura corporis poscit, perpetua, ut uultis, oratione audite quid sentiam. sed primo illud uideamus quale sit, unde amatores Academicorum gloriari nimium solent. nam est in libris Ciceronis, quos in huius causae patrocinium scripsit, locus quidam, ut mihi uidetur, mira urbanitate conditus, ut nonnullis autem, etiam firmitate roboratus. difficile est prorsus, ut quemquam non moueat quod ibi dictum est, Academico sapienti ab omnibus ceterarum sectarum, qui sibi sapientes uidentur, secundas partes dari, cum primas sibi quemque uindicare necesse sit. ex quo posse probabiliter confici eum recte primum esse iudicio suo, qui omnium ceterorum iudicio sit secundus.

21 Cic. Acad. frag. 20 Müller (p. 60, 12 Plasberg)

1 hodie inquit *HMT edd.* 3 quo] quae *T* quod *M* 4 aucturum *T* prope tuam *a* 6 longissimū (ū *s. m2*) *M* 7 captus *T* 9 alium *HP* morem *ex* in orem *corr. Pm2* uobis *ex* uis *corr. m2P* 10 scolae *MPT* rethoricae *MPm1T* 11 intergando *Pm1* potius ista *H* 12 quan *P* docendo *T* clamare] clare *P* dare *Mm1* 13 ualitudinem *MPm2T* 14 causae *Mm1P* 15 corporis *om. Mm1* 16 ut] *aut si (si *m2*) *P* aratione *P* 18 huius] h modi *M* 19 conditus] concidit *Hm1Mm1P* 20 ut *om. T* nonnulla *T* autem *om. M* 21 non *om. M* 23 uiderentur *a* dare *Mm1* 25 *ante* eum *add. H m. post. s. l.* scilicet constat

16. Fac enim uerbi causa Stoicum adesse sapientem; nam contra eos potissimum Academicorum exarsit ingenium. ergo Zeno uel Chrysippus si interrogetur, qui sit sapiens, respondebit eum esse, quem ipse descripserit. contra Epicurus uel quis alius aduersariorum negabit suumque potius peritissimum uoluptatum aucupem sapientem esse contendet. inde ad iurgium. clamat Zeno et tota illa porticus tumultuatur hominem natum ad nihil esse aliud quam honestatem; ipsam suo splendore in se animos ducere nullo prorsus commodo extrinsecus posito et quasi lenocinante mercede, uoluptatemque illam Epicuri solis inter se pecoribus esse communem, in quorum societatem et hominem et sapientem trudere nefas esse. contra ille conuocata de hortulis in auxilium quasi Liber turba temulentorum, quaerentium tamen, quem incomtis unguibus bacchantes asperoque ore discerpant, uoluptatis nomen, suauitatem, quietem teste populo exaggerans instat acriter, ut nisi ea beatus nemo esse posse uideatur. in quorum rixam si Academicus incurrerit, utrosque audiet trahentes se ad suas partes, sed si in illos aut in istos concesserit, ab eis, quos deseret, insanus imperitus temerariusque clamabitur. itaque cum et hac et illac aurem diligenter admouerit, interrogatus, quid ei uideatur, dubitare se dicet. roga nunc Stoicum, qui sit melior, Epicurusne, qui delirare illum clamat, an Academi-

3 crysippus *P* crisippus *M* 4 interrogentur *HMP edd.* quid *M* quis *m* 5 describserit *Pm1* 6 epycurus *T* quis] quasi *M* 10 tumultuaturum *P* 12 in] ad *Plasberg* quomodo *Hm1P* quoquomodo *Hm2* 15 peccoribus *T* 18 ortulis *T* libera *MT edd.* 19 incomptis *HMPm2T* 20 ba*chantes *P* bachantes *M* 21 discrepant *Mm1* 25 tradentes *M* 27 deserit *Tm1 m* 28 *pr.* et *om.T* hac* (c *s. m2*) *P* 31 quis *m* epycurusne *T*

cus, qui sibi adhuc de re tanta deliberandum esse pronuntiat: nemo dubitat Academicum praelatum iri. rursus te ad illum conuerte et quaere, quem magis amet, Zenonem, a quo bestia nominatur, an Arcesilan, a quo audit: 'tu fortasse uerum dicis, sed requiram diligentius': nonne apertum est totam illam porticum insanam, Academicos autem prae illis modestos cautosque homines uideri Epicuro? ita peraeque prope de omnibus sectis copiosissime Cicero iucundissimum legentibus quasi spectaculum praebet uelut ostendens nullum illorum esse, qui non, cum sibi primas partes dederit, quod necesse est, secundas ei dicat dare, quem non repugnare sed dubitare conspexerit. in quo ego nihil aduersabor nec eis ullam auferam gloriam.

VIII. 17. Uideatur sane quibuslibet Cicero hic non iocatus sed inania et uentosa quaedam — quod ab ipsorum Graeculorum leuitate abhorreret — sequi et colligere uoluisse. quid enim me impedit, quin, si huic uanitati resistere uelim, facile ostendam, quanto minus malum sit indoctum esse quam indocilem? unde fit, ut, cum se ille Academicus iactanticulus quasi discipulum singulis dederit nemoque illi quod se scire putat persuadere potuerit, magna illorum postea consensione rideatur. iam enim quisque alium quemlibet aduersariorum suorum nihil didicisse, hunc uero nihil posse discere iudicabit. ex quo deinceps de omnium scholis non ferulis, quod esset deformius quam molestius, sed illorum palliatorum clauis et fustibus proicietur. non enim magnum negotium erit contra communem pestem uelut Herculea quaedam postulare auxilia Cynicorum. si autem ista uilissima gloria cum his certare libeat, quod philosophanti mihi iam quidem sed nondum sapienti

5 bestia* (e *ras.*) *T* arcesilam *Tm1* archesilam *Tm2* 9 modesto *P* epycuro *T* 10 iocundissimum *MT* 12 non] nū *T* 13 secun*das *P* dicat] eligat *T* sed*** (non *ras.*) *P* 14 eis ullam *T* ei syllae *HMPa* 15 uidetur *MT* iocatus *ex* uocatus *ras. corr.* *T* 16 leuite *Pm1* 17 abhorret *Migne* non abhorret *a* *ab* quid enim *incipit cap. VIII m* 18 quin *T* qui *HMPa* 19 indocilem (in *ex* m *corr.*) *T* indocibilem *a* 23 didicisse* *P* uerum *HMP* 24 scolis *MPT* 25 illorum (loru *in ras.*) *P* 26 proicetur *Pm1* proiceretur *M* 27 postularet *Mm1* 28 cinicorum *MP* ista uilissima *T* stabilissima *HMPm2a* stabilisima *Pm1*

faciliore uenia concedendum est, quid habebunt, quod possint refellere? ecce enim faciamus me atque Academicum in illas lites philosophorum inruisse; omnes prorsus assint, exponant breuiter pro tempore sententias suas. quaeratur de Carneade, quid censeat. dubitare se dicet. itaque illum singuli praeferent ceteris, ergo omnes omnibus, magna nimirum atque altissima gloria. quis istum nolit imitari? et ego itaque interrogatus idem respondebo; par erit laus. ea igitur gloria gaudet sapiens, in qua illi stultus aequatur. quid, si eum etiam facile superat? nihilne agit pudor? nam istum Academicum iam de iudicio discedentem tenebo; quippe auidior huius modi uictoriae stultitia est. ergo eo retento prodam iudicibus quod ignorant et dicam: ego, uiri optimi, hoc cum isto commune habeo, quod dubitat, quis uestrum uerum sequatur. sed habemus etiam proprias sententias, de quibus peto iudicetis. nam mihi incertum est quidem, quamuis audierim decreta uestra, ubi sit uerum, sed ideo, quod qui sit in uobis sapiens ignoro. iste autem etiam ipsum sapientem negat aliquid scire, ne ipsam quidem unde sapiens dicitur sapientiam. quis non uideat, palma illa cuius sit? nam si hoc aduersarius meus dixerit, uincam gloria; si autem erubescens confessus fuerit sapientem scire sapientiam, uincam sententia.

IX. 18. Sed ab hoc iam litigioso tribunali secedamus in aliquem locum, ubi nobis nulla turba molesta sit, atque utinam in ipsam scholam Platonis, quae nomen ex eo dicitur accepisse, quod a populo sit secreta. hic iam non de gloria, quod leue ac puerile est, sed de ipsa uita et de aliqua spe animi beati, quantum inter nos possumus, disseramus. negant Academici sciri aliquid posse. unde hoc uobis placuit, studiosissimi homines atque doctissimi? monuit nos, inquiunt, definitio Zenonis. cur quaeso? nam si uera est, nonnihil ueri nouit

23 cf. Diog. Laert. III 7. Suid. s. u. Ἑκαδημία

1 habuerunt *ex* habebunt *Pm2* quod] quid *M* possunt *M* 4 censeat] sentiat *T edd.* 5 diet *Pm1* praeferant *Ma* 10 discendentem *P* descendentem *M* 12 di*cam *P* 13 habeamus *Tm1* 14 mihi *om.M* 15 deo *Pm1* 16 qui] quid *P* ipsum etiam *M* 18 si] quod si *a* 20 sententia] sapientia *M* 21 ad *ex* ab *corr.Tm1* 22 scolam *MPT* 23 dititur *Pm1* accepse *Pm1* sit (t *m2*) *P* 24 ac] hac *T* uita ipsa *M* 25 animi *om.M* disseramus (seramus *m2 in ras.*) *T* 26 hac nobis *P* 27 mouit *Tm* 28 quaso *Pm1*

qui uel ipsam nouit, sin falsa, non debuit constantissimos commouere. sed uideamus quid ait Zeno: tale scilicet uisum comprehendi et percipi posse, quale cum falso non haberet signa communia. hocine te mouit, homo Platonice, ut omnibus uiribus ab spe discendi studiosos retraheres, ut totum negotium philosophandi adiuuante quodam etiam mentis ingemescendo torpore desererent?

19. Sed quomodo illum non permoueret, si et nihil tale inueniri potest et, nisi quod tale est, percipi non potest? hoc si ita est, dicendum potius erat non posse in hominem cadere sapientiam quam sapientem nescire, cur uiuat, nescire, quem ad modum uiuat, nescire, utrum uiuat, postremo, quo peruersius magisque delirum et insanum dici nihil potest, simul et sapientem esse et ignorare sapientiam. quid enim est durius, hominem non posse esse sapientem an sapientem nescire sapientiam? nihil hinc disputandum est, si res ipsa ita posita satis non est ad diiudicandum. sed illud forte si diceretur, penitus homines a philosophando auerterentur; nunc uero inducendi sunt sapientiae dulcissimo et sanctissimo nomine, ut, cum contrita aetate nihil didicerint, postea te summis execrationibus prosequantur, quem relictis saltem uoluptatibus corporis ad animi tormenta secuti sunt.

20. Sed uideamus, per quem potius a philosophia deterreantur, per eumne, qui dixerit: audi, amice, philosophia non ipsa sapientia, sed studium sapientiae uocatur; ad quam te si contuleris, non quidem, dum hic uiuis, sapiens eris — est enim apud deum sapientia nec prouenire homini potest — sed cum te tali studio satis exercueris atque mundaueris, animus tuus ea post hanc uitam, id est cum homo esse desieris, facile perfruetur, an per eum, qui dixerit: uenite, mortales, ad philosophiam! magnus hic fructus est; quid enim homini sapientia carius? uenite igitur, ut sapientes sitis et sapientiam nesciatis! 'non', inquit, 'a me ita dicetur'. hoc est decipere; nam nihil

3 cf. Cic. Acad. II 77

1 si* (n *ras.*) *M* 3 hoccine *HPm2T edd.* 4 te *om. M* *omnibus (h *ras.*) *P* spe *om. M* spe* *P* 6 ingemiscendo *HMT* 7 permoueres *H* 8 quid *edd.* 10 uauit nescire *P* 13 est *om. M* 16 a* *P* 17 et] ac *T* ut] uel ne *Hm1* cum] con *T* 20 sunt secuti *edd.* 23 sapientiae uocatur] est sapientiae *M* 24 erit *a* 26 animis *Pm1* hac *Pm1* 27 perfruatur *HPa* 28 ad] a *Pm1*

aliud apud te inuenietur. ita fit, ut, si hoc dixeris, fugiant tamquam insanum, si alio modo ad hoc adduxeris, facias insanos. sed credamus propter utramque sententiam aeque homines nolle philosophari. si aliquid philosophiae perniciosum Zenonis definitio dicere cogebat, mi homo, idne homini dicendum fuit, unde se doleret, an id, unde te derideret?

21. Tamen quod Zeno definiuit, quantum stulti possumus, discutiamus. id uisum ait posse comprehendi, quod sic appareret, ut falsum apparere non posset. manifestum est nihil aliud in perceptionem uenire. hoc et ego, inquit Arcesilas, uideo et hoc ipso doceo nihil percipi. non enim tale aliquid inueniri potest. fortasse abs te atque ab aliis stultis; at a sapiente cur non potest? quamquam et ipsi stulto nihil responderi posse arbitror, si tibi dicat, ut illo memorabili acumine tuo hanc ipsam Zenonis definitionem refellas et ostendas eam etiam falsam esse posse; quod si non potueris, hanc ipsam quam percipias habes, si autem refelleris, unde a percipiendo impediaris non habes. ego eam refelli posse non uideo et omnino uerissimam iudico. itaque cum eam scio, quamuis sim stultus, nonnihil scio. sed fac illam uersutiae tuae cedere. utar complexione securissima. aut enim uera est aut falsa. si uera, bene teneo; si falsa, potest aliquid percipi, etiamsi habeat communia signa cum falso. unde, inquit, potest? uerissime igitur Zeno definiuit nec ei quisquis uel in hoc consensit, errauit. an paruae laudis et sinceritatis definitionem putabimus, quae contra eos, qui erant aduersum perceptionem multa dicturi, cum designaret quale esset quod percipi posset, se ipsam talem esse monstrauit? ita comprehendibilibus rebus et definitio est et exemplum. utrum, ait, etiam ipsa uera sit nescio; sed quia est probabilis, ideo

8 cf. Cic. Acad. II 34. 112

1 fugiam *T* 3 philophari *Mm1* 8 comprehendi posse *M* appa*ret (re *ras.*) *P* 9 nil *M* 10 archesilas *codd.* 11 forte *T* 12 ab *om M* at] aut *Hm1P* cor *Pm1* 13 quan*quam *P* respoderi *P* 14 aut illo *Hm2 in mg. P* aut ullo *Hm1* tuo *om. M* psam *Pm1* 15 deficionem *Pm1* falsum *HP* 17 a *om. M* 18 ego] licet *Mm2 in lac.* uerissimum *M* 19 *pr.* scire *Hm1P* sciero *ex* scire *Hm2* 20 tuae *om. Pm1* credere *M* cedere uersutiae tuae *edd.* 22 potes *P* 23 difiniuit *P* quiquis *Pm1* 24 putauimus *HP* 26 monstauit *Pm1* 27 itaque *T edd.* comprehensibilibus *MT edd.* *pr.* et *om. M* diffinitio *M* definitionem *P*

eam sequens ostendo nihil esse tale, quale illa expressit posse comprehendi. ostendis fortasse praeter ipsam et uides, ut arbitror, quid sequatur. quodsi etiam eius incerti sumus, nec ita nos deserit scientia. scimus enim aut ueram esse aut falsam; non igitur nihil scimus. quamquam numquam efficiet, ut ingratus sim, prorsus ego illam definitionem uerissimam iudico. aut enim possunt percipi et falsa, quod uehementius Academici timent et re uera absurdum est, aut nec ea possunt, quae sunt falsis simillima; unde illa definitio uera est. sed iam cetera uideamus.

X. 22. Quamuis haec, nisi fallor, possint ad uictoriam satis esse, non tamen fortasse ad uictoriae satietatem. duo sunt, quae ab Academicis dicuntur, contra quae, ut ualemus, uenire instituimus: nihil posse percipi et nulli rei debere assentiri. de assentiendo mox; nunc alia pauca de perceptione dicemus. nihilne prorsus dicitis posse conprehendi? hic euigilauit Carneades — nam nemo istorum minus alte quam ille dormiuit — et circumspexit rerum euidentiam. itaque credo secum ipse, ut fit, loquens: ergone, ait, Carneade, dicturus es nescire te, utrum homo sis an formica? aut de te Chrysippus triumphabit? dicamus ea nos nescire, quae inter philosophos inquiruntur, cetera ad nos non pertinere, ut si in luce titubauero cotidiana et uulgari, ad illas imperitorum tenebras prouocem, ubi soli quidam diuini oculi uident, qui me, etiamsi palpitantem atque cadentem aspexerint, caecis prodere nequeant praesertim arrogantibus et quos doceri aliquid pudeat. laute quidem, o Graeca industria, succincta et parata procedis, sed non respicis illam definitionem et inuentum esse philosophi et in uestibulo philosophiae fixam atque fundatam. quam si succidere temtabis, rediet bipennis in crura; illa enim labefacta non solum potest aliquid percipi sed etiam id potest, quod simillimum falso est, si eam non audebis

13 cf. Cic. Acad. II 59

1 sequens eam *edd.* 2 ut *om. a* 3 sum *M* 4 sientia *Pm1* s*cimus (i *ras.*) *P* 7 *pr.* et *om. a* absundum *P* 8 aut] ut *Tm1* similia *edd.* 12 dicontur *Pm1* 13 et *om. M* 14 alias (s *add. m2*) *HP* mox alias, nunc *m* dicamus *T* 15 dititis *P* cōnp̄**endi (—*et pr.* n *s.l. m2*) *P* 18 Carneades *edd.* an] aut *HM* 19 crysippus *HPT* crisippus *M* triumphauit *HMPa* scire *HMa* 20 requiruntur *a* dicuntur *M* 21 imperatorum *Mm1* 25 succinta *Pm1* 27 temptabis *HMPm2T* 28 labefactata *HMT edd.* 29 similimum *Pm1*

euertere. est enim latibulum tuum, unde in incautos transire cupientes uehemens erumpis atque exilis; aliquis te Hercules in tua spelunca tamquam semihominem suffocabit et eiusdem molibus opprimet docens aliquid esse in philosophia, quod tamquam simile falso incertum abs te fieri non possit. certe ad alia properabam; hoc quisquis urget, te ipsum, Carneade, magna afficit contumelia, quem a me uel mortuum putat ubicumque aut undecumque posse superari. si autem non putat, immisericors est, qui me passim deserere praesidia et tecum in campo certare cogit; in quem descendere cum coepissem, solo tuo nomine territus pedem rettuli et de superiore loco nescio quid iaculatus sum, quod utrum ad te peruenerit uel quid egerit, uiderint, sub quorum examine dimicamus. sed quid metuo ineptus? si bene memini, mortuus es nec iam pro sepulchro tuo iure pugnat Alypius; facile me contra umbram tuam deus adiuuabit.

23. Nihil ais in philosophia posse percipi et, ut orationem tuam large lateque diffundas, arripis rixas dissensionesque philosophorum et eas tibi contra illos arma ministrare arbitraris. quomodo enim inter Democritum et superiores physicos de uno mundo et innumerabilibus litem diiudicabimus, cum inter ipsum heredemque eius Epicurum concordia manere nequiuerit? nam iste luxuriosus cum atomos quasi ancillulas suas, id est corpuscula, quae in tenebris laetus amplectitur, non tenere uiam suam sed in alienos limites passim sponte declinare permittit, totum patrimonium etiam per iurgia dissipauit. hoc uero nihil ad me attinet. si enim ad sapientiam pertinet horum aliquid scire, id non potest latere sapientem. si autem aliud quiddam est, sapientiam illam scit sapiens, ista contemnit.

2 cf. Uerg. Aen. VIII 194 sqq. 22 cf. Cic. de fin. I 18 sqq. de nat. d. I 69. de fato 21 sqq.

1 cautos *Hm1P* 2 Hercules—spelunca *om.Hm1* 3 semihominem Cacum *edd.* suffocarit *M* 4 aliquit *T* 6 iurguet *P* Carneades *edd.* 7 uel] ueluti *edd.* 8 misericors *M* 10 re*tuli *P* retuli *HMT* quod *Migne* 11 ad te *om.M* uiderit *HP* 13 est *HTa* sepulcro *HT* sepulto *Mm2* tuo *om.M* 15 in *om.T* perfici *Pm1* 17 illas *HMP* 18 superriores *P* phisicos *MTm1* 20 epycurum *T* 21 luxoriosus *P* athomas *Pm1* athamos *Mm2Pm2* 22 amplecti*tur *P* 23 limetes *Pm1* 24 per*iurgia (s *ras.*) *P* periuria *H* 26 alium *P* 27 sapientia *Tm*

tamen ego, qui longe adhuc absum uel a uicinitate sapientis, in istis physicis nonnihil scio. certum enim habeo aut unum esse mundum aut non unum; et si non unum, aut finiti numeri aut infiniti. istam sententiam Carneades falsae esse similem doceat. item scio mundum istum nostrum aut natura corporum aut aliqua prouidentia sic esse dispositum eumque aut semper fuisse et fore aut coepisse esse minime desiturum aut ortum ex tempore non habere, sed habiturum esse finem aut et manere coepisse et non perpetuo esse mansurum et innumerabilia physica hoc modo noui. uera enim sunt ista disiuncta nec similitudine aliqua falsi ea quisquam potest confundere. sed adsume aliquid, ait Academicus. nolo; nam hoc est dicere: relinque quod scis, dic quod nescis. sed pendet sententia. melius certe pendet quam cadit; nempe plena est; nempe iam potest aut falsa aut uera nominari. hanc ego me scire dico. tu, qui nec ad philosophiam pertinere ista negas et eorum sciri nihil posse asseris, ostende me ista nescire; dic istas disiunctiones aut falsas esse aut aliquid commune habere cum falso, per quod discerni omnino non possint.

XI. 24. Unde, inquit, scis esse istum mundum, si sensus falluntur? numquam rationes uestrae ita uim sensuum refellere potuerunt, ut conuinceretis nobis nihil uideri, nec omnino ausi estis aliquando ista temtare, sed posse aliud esse ac uidetur uehementer persuadere incubuistis. ego itaque hoc totum, qualecumque est, quod nos continet atque alit, hoc, inquam, quod oculis meis apparet a meque sentitur habere terram et caelum aut quasi terram et quasi caelum, mundum uoco. si dicis nihil mihi uideri, numquam errabo. is enim errat, qui quod sibi uidetur temere probat. posse enim falsum uideri a sentientibus dicitis, nihil uideri non dicitis. prorsus enim

8 cf. Cic. de nat. d. I 20

2 phisicis *MT* 4 ininfiniti *T* false *P* 5 mumdum *P* nostrum *om.M* naturae *HMP* corporeae *M* 7 et minime *Mm2T* hortum *H* 8 esse *om.Mm1* 10 ista sunt *m* 11 falsi *om.M* falsis *Pa* potest quisquam *edd.* aliquid assume *T* 12 hoc *om.M* 13 c*adit *P* 14 plana *T edd.* ego] ergo *Tm1m* 15 me scire] nescire *T* qui *om.M* 16 dic istas (dic *in ras.* istas *add. m2*) *P* 17 *pr.* falsa *P* 22 ista *om.T* 24 oculi *Pm1* 25 aut] ut *T* *pr.* quasi (qua *m2*) *P* 26 nihil dicis *Tm1* 27 erat *P* uideri *om.M* uidere *Hm1Pm1* 28 assentientibus *T* non *om.Mm1*

omnis disputationis causa tolletur, ubi regnare uos libet, si non solum nihil scimus, sed etiam nil nobis uidetur. si autem hoc, quod mihi uidetur, negas mundum esse, de nomine controuersiam facis, cum id a me dixerim mundum uocari.

25. Etiamne, inquies, si dormis, mundus est iste quem uides? iam dictum est, quidquid tale mihi uidetur, mundum appello. sed si eum solum placet mundum uocare, qui uidetur a uigilantibus uel etiam a sanis, illud contende, si potes, eos, qui dormiunt ac furiunt, non in mundo furere atque dormire. quam ob rem hoc dico, istam totam corporum molem atque machinam, in qua sumus siue dormientes siue furentes siue uigilantes siue sani, aut unam esse aut non esse unam. edissere, quomodo ista possit falsa esse sententia. si enim dormio, fieri potest, ut nihil dixerim; aut si etiam ore dormientis uerba, ut solet, euaserunt, potest fieri, ut non hic, non ita sedens, non istis audientibus dixerim; ut autem hoc falsum sit, non potest. nec ego me illud percepisse dico, quod uigilem. potes enim dicere hoc mihi etiam dormienti uideri potuisse, ideoque hoc potest esse falso simillimum. si autem unus et sex mundi sunt, septem mundos esse, quoquo modo affectus sim, manifestum est et id me scire non impudenter affirmo. quare uel hanc conexionem uel illas superius disiunctiones doce somno aut furore aut uanitate sensuum posse esse falsas et me, si expergefactus ista meminero, uictum esse concedam. credo enim iam satis liquere, quae per somnium et dementiam falsa uideantur, ea scilicet quae ad corporis sensus pertinent; nam ter terna nouem esse et quadratum intellegibilium numerorum necesse est uel genere humano stertente sit uerum. quamquam etiam pro ipsis sensibus multa uideo posse dici, quae ab Academicis reprehensa non inuenimus. credo enim sensus non accusari, uel quod imaginationes falsas furentes patiuntur uel quod falsa in somnis uidemus. si enim uera uigilanti-

8 cf. Cic. Acad. II 48

2 nil] nihil *HMm2T*, *om.Mm1* 12 ista falsa possit esse *H* possit ista esse falsa *edd.* 14 euaserint *M* 16 ergo *m* illud me *m* 17 idque *T* hoc *Tm2 in ras.* 18 et] aut *a* 21 illa *P* disiunctione *P* 23 liquaere *M* **liquere *T* 24 somnum *HMT* 26 et intellegibilium *Ha* generi *a* stertente *om.M* 27 posse dici uideo *edd.*

bus sanisque renuntiarunt, nihil ad eos, quid sibi animus dormientis insanientisque confingat.

26. Restat, ut quaeratur, utrum cum ipsi renuntiant uerum renuntient. age, si dicat Epicureus quispiam: 'nihil habeo quod de sensibus conquerar; iniustum est enim ab eis exigere plus quam possunt; quidquid autem possunt uidere oculi, uerum uident', ergone uerum est quod de remo in aqua uident? prorsus uerum. nam causa accedente, quare ita uideretur, si demersus unda remus rectus appareret, magis oculos meos falsae renuntiationis arguerem. non enim uiderent, quod talibus existentibus causis uidendum fuit. quid multis opus est? hoc de turrium motu, hoc de pinnulis auium, hoc de ceteris innumerabilibus dici potest. 'ego tamen fallor, si adsentiar', ait quispiam. noli plus adsentiri, quam ut ita tibi apparere persuadeas, et nulla deceptio est. non enim uideo, quomodo refellat Academicus eum qui dicit: hoc mihi candidum uideri scio, hoc auditum meum delectari scio, hoc mihi iucunde olere scio, hoc mihi sapere dulciter scio, hoc mihi esse frigidum scio. dic potius, utrum per se amarae sint oleastri frondes, quas caper tam pertinaciter appetit. o hominem inprobum! nonne est caper ipse modestior? nescio, quales pecori sint, mihi tamen amarae sunt. quid quaeris amplius? sed est fortasse aliquis etiam hominum, cui non sint amarae. tendisne in molestiam? numquidnam ego amaras esse omnibus dixi? mihi dixi et hoc non semper adfirmo. quid, si enim alias alia causa nunc dulce quippiam, nunc amarum in ore sentiatur? illud dico, posse hominem, cum aliquid gustat, bona fide iurare se scire palato suo illud suaue esse uel contra nec ulla calumnia Graeca ab ista scientia posse deduci. quis enim tam inpudens sit, qui mihi cum delectatione aliquid ligurrienti dicat: fortasse non gustas, sed hoc somnium est? numquidnam resisto?

7 cf. Cic. Acad. II 79

1 atque sanis *edd.* renuntiarint *M* qui *M* sibi] si *M* animum *MP* 4 epicurus *M* 7 *alt.* uerum] u. est *M* 8 dimersus *M* 11 quod *P* 12 pinnulis (i *pr. in* e *corr. m2*) *P* 14 assentire *M* 16 *pr.* hoc *om. HMP* uel hoc *T* 17 hoc—olere scio *exhibet P ante* dic potius iocunde *MPm1T* 18 hoc—scio *om. Mm1* frigidum esse *T* 20 peccori *T* 23 numquid *M* amares *Tm1* hominibus omnibus *Tm1* omnibus hominibus *M* 25 in ore *om. M* illum *Hm1* 28 tam *om. P* 29 gustas, sed] gustasse *P*

sed me tamen illud in somnis etiam delectaret. quare illud, quod me scire dixi, nulla confundit similitudo falsorum et Epicureus uel Cyrenaici et alia multa fortasse pro sensibus dicant, contra quae nihil dictum esse ab Academicis accepi. sed quid ad me? si uolunt ista et si possunt, etiam me fauente rescindant. quidquid enim contra sensus ab eis disputatur, non contra omnes philosophos ualet. sunt enim qui omnia ista, quae corporis sensu accipit animus, opinionem posse gignere confitentur, scientiam uero negant, quam tamen uolunt intellegentia contineri remotamque a sensibus in mente uiuere. et forte in eorum numero est sapiens ille, quem quaerimus. sed de hoc alias. nunc ad reliqua pergamus, quae propter ista, quae iam dicta sunt, paucis, nisi fallor, explicabimus.

XII. 27. Quid enim de moribus inquirentem uel iuuat uel impedit corporis sensus? nisi uero illos ipsos, qui summum hominis uerum bonum in uoluptate posuerunt, nihil impedit aut columbae collum aut uox incerta aut graue pondus homini, quod camelis leue est, aut alia sescenta, quominus dicant eo, quo delectantur, delectari se scire uel eo, quo offenduntur, offendi, quod refelli posse non uideo. eum commouebunt, qui finem boni mente complectitur? quid horum tu eligis? si quid mihi uideatur quaeris, in mente arbitror esse summum hominis bonum. sed nunc de scientia quaerimus. ergo interroga sapientem, qui non potest ignorare sapientiam; mihi tamen tardo illi atque stulto licet interim scire boni humani finem, in quo inhabitet beata uita, aut nullum esse aut in animo esse aut in corpore aut in utroque. hoc me, si potes, nescire conuince, quod notissimae illae uestrae rationes nullo modo faciunt. quod si non potes — non enim reperies, cui falso simile sit — egone concludere dubitabo recte mihi uideri scire sapientem quidquid in philosophia uerum est, cum ego inde tam multa uera cognouerim?

28. Sed metuit fortasse, ne summum bonum eligat dormiens. n i h i l p e r i c l i e s t; cum euigilauerit, repudiabit, si displicet,

15 cf. Cic. Acad. II 19. 79 20 cf. Retract. I 1, 9 31 Ter. Andr. 350. Phorm. 763

1 *alt.* illa *H* 2 dixit *Hm1MP* confudit *Tm2* epicurus *M* 3 et *om.M* dicunt *T* 6 disputantur *P* 7 ista omnia *edd.* sensus *H* animus *H* 9 a] ac *Pm1* 13 iubat *Hm1Pm1* 15 uerum *om.Tm* posuere *edd.* 18 scir*e *P* 24 habitet *T* 27 repperies *Pm1T* similis *M* 28 sapienti *HMP* 30 bonum *om.H* 31 peridi *Tm1* periculi *edd.* euigilabit *M* repudiauit *Pm1*

tenebit, si placet. quis enim eum recte uituperabit, quod falsum uidit in somnis? aut fortasse illud formidabis, ne dormiens amittat sapientiam, si pro ueris falsa probauerit? hoc iam ne dormiens quidem audet somniare, ut sapientem uigilantem uocet, neget, si dormiat. haec etiam de furore dici possunt; sed in alia festinat oratio. haec tamen sine conclusione securissima non relinquo. aut enim amittitur furore sapientia et iam non erit sapiens, quem uerum ignorare clamatis, aut scientia eius manet in intellectu, etiamsi pars animi cetera id, quod accepit a sensibus, uelut in somnis imaginetur.

XIII. 29. Restat dialectica, quam certe sapiens bene nouit, nec falsum scire quisquam potest. si uero eam nescit, non pertinet ad sapientiam eius cognitio, sine qua esse sapiens potuit, et superfluo utrum uera sit possitue percipi quaerimus. hic fortassis mihi aliquis dicat: ‘soles prodere tu stulte, quid noueris, an de dialectica nihil scire potuisti?‘ ego uero plura quam de quauis parte philosophiae. nam primo illas omnes propositiones, quibus supra usus sum, ueras esse ista me docuit. deinde per istam noui alia multa uera. sed quam multa sint, numerate, si potestis: si quattuor in mundo elementa sunt, non sunt quinque; si sol unus est, non sunt duo; non potest una anima et mori et esse inmortalis; non potest homo simul et beatus et miser esse; non hic et sol lucet et nox est; aut uigilamus nunc aut dormimus; aut corpus est, quod mihi uidere uideor, aut non est corpus. haec et alia multa, quae commemorare longissimum est, per istam didici uera esse, quoquo modo sese habeant sensus nostri, in se ipsa uera. docuit me, si cuius eorum, quae per conexionem modo proposui, pars antecedens assumpta fuerit, trahere necessario id, quod annexum est, ea uero, quae per repugnantiam uel disiunctionem a me sunt enuntiata, hanc habere naturam, ut, cum auferuntur cetera, siue unum siue plura sint, restet aliquid, quod eorum ablatione firmetur. docuit etiam me, cum de re constat,

12 cf. Cic. Acad. II 40. 103

1 eum] cum *M* 2 formidabit *Tm* 3 probaberit *P* etiam *a* 6 uerissima *M* 8 sententia *M* 9 in *om.MP* accipit *T* 14 possitque *M* percipit *P* fortasse *M edd.* aliquis mihi *edd.* 15 tu *om.M* 17 primas *M* omnes illas *edd.* 18 istam] ista *HP* 19 sed—potestis *om.Mm1* *pr.* **si *in ras. P* 22 *pr.* et *om.M* 24 multa alia *T* 25 se *MT* 26 ipsa uero *Hm2T*

propter quam uerba dicuntur, de uerbis non debere contendi, et quisquis id faciat, si imperitia faciat, docendum esse, si malitia, deserendum, si doceri non potest, monendum, ut aliquid aliud potius agat, quam tempus in superfluis operamque consumat, si non optemperat, neglegendum. de captiosis autem atque fallacibus ratiunculis breue praeceptum est: si male concedendo inferuntur, ad ea quae concessa sunt esse redeundum; si uerum falsumque in una conclusione confligunt, accipiendum inde quod intellegitur, quod explicari non potest relinquendum; si autem modus in aliquibus rebus latet penitus hominem, scientiam eius non esse quaerendam. haec quidem habeo a dialectica et alia multa, quae commemorare non est necesse; neque enim debeo ingratus exsistere. uerum ille sapiens aut haec neglegit aut, si perfecta dialectica ipsa scientia ueritatis est, sic illam nouit, ut istorum mendicissimam calumniam: si uerum est, falsum est, si falsum est, uerum est, contemnendo et non miserando fame necet. haec de perceptione satis esse propterea puto, quia de assentiendo cum dicere coepero, tota ibi rursum causa uersabitur.

XIV. 30. Iam ergo ad eam partem ueniamus, in qua dubitare adhuc uidetur Alypius, et primo id ipsum perspiciamus quale sit, quod te acutissime atque cautissime mouet. nam si tot tantisque rationibus roboratam — hoc enim dixisti — Academicorum sententiam, qua eis placuit nihil scire sapientem, hoc tuum labefactat inuentum, quo cogimur confiteri multo esse probabilius sapientem scire sapientiam, magis est assensio cohibenda. hoc ipso enim ostenditur nihil quamlibet copiosissimis subtilissimisque argumentis posse suaderi, cui non ex parte contraria, si assit ingenium, non minus acriter uel fortasse acrius resistatur. eo fit, ut, cum sit uictus Academicus, uicerit. o utinam uincatur! numquam efficiet quauis arte Pelasga, ut simul a me uictus uictorque discedat. certe

30 cf. Uerg. Aen. II 152

2 imperita *Hm1Pm1* imperite *M* 4 obtemperat *HMT* 13 profecta *M* profecto *edd.* 14 storum *Pm1* mendacissimam *HMm1T edd.* 16 contemnenda *T* fame necet] fame neget *H* fame enecet *m* enecet *a* hac *T edd.* praeceptione *T* 21 atque] et *M* mouit *T* 25 enim ipso *edd.* 26 suptilissimisque *P* stultissimisque *M* 27 suadere *HMP* si *om.HM* assit *om M* sit *H* 29 quamuis *HM*

nihil aliud inueniatur, quod aduersum ista dici possit, et ultro me uictum esse profiteor. non enim de gloria comparanda, sed de inuenienda ueritate tractamus. mihi satis est quoquo modo molem istam transcendere, quae intrantibus ad philosophiam sese opponit et nescio quibus receptaculis tenebras tegens talem esse philosophiam totam minatur nihilque in ea lucis inuentum iri sperare permittit. quid autem amplius desiderem, nihil habeo, si iam probabile est nonnihil scire sapientem. non enim alia causa ueri simile uidebatur eum assensionem sustinere debere, nisi quia erat ueri simile nihil posse conprehendi. quo sublato — percipit enim sapiens uel ipsam, ut iam conceditur, sapientiam — nulla iam causa remanebit, cur non assentiatur sapiens uel ipsi sapientiae. est enim sine dubitatione monstrosius sapientem non approbare sapientiam quam sapientem nescire sapientiam.

31. Nam quaeso paululum quasi ante oculos tale spectaculum constituamus, si possumus, rixam quandam sapientis et sapientiae. quid aliud dicit sapientia quam se esse sapientiam? at contra iste: non credo, inquit. quis ait sapientiae: non credo esse sapientiam? quis, nisi is, cum quo illa loqui potuit et in quo habitare dignata est, scilicet sapiens? ite nunc et me quaerite, qui cum Academicis pugnem; habetis iam nouum certamen: sapiens et sapientia secum pugnant. sapiens non uult consentire sapientiae. ego uobiscum securus exspecto. quis enim non credat inuictam esse sapientiam? tamen nos aliqua complexione muniamus. aut enim in hoc certamine Academicus uincet sapientiam et a me uincetur, quia non erit sapiens, aut ab ea superabitur et sapientem sapientiae consentire docebimus. aut igitur sapiens Academicus non est aut nonnulli rei sapiens assentietur, nisi forte, quem dicere puduit sapientem nescire sapientiam, sapientem non consentire sapientiae dicere non pudebit. at si iam ueri simile est cadere in sapientem uel ipsius sapientiae perceptionem et nulla causa est, cur non ei quod potest

3 cf. Aug. de beat. uit. 3

1 me uictum *om. Mm1* 4 se *M* 5 tenebras tegens *MP* tenebrans tegens *H* tenebrascens *Tm* 8 n̄ nihil (n̄ *add. m2*) *T* 15 quaeso *om. M* 19 quis *om. Mm1* 20 ite] iste *HMP* me *om. M* 21 pugnę *ex* pugnem *Pm2* 22 secum *om. M* pugnat *M* 25 *pr.* uincat *Tm1* 27 non est *om. M* nulli *Mm1* 28 sapientem—pudebit *om. M* sapientem] sapiens *H*

percipi assentiatur, uideo quod uolebam esse ueri simile, sapientem scilicet assensurum esse sapientiae. si quaeres, ubi inueniat ipsam sapientiam, respondebo: in semet ipso. si dicis eum nescire quod habeat, redis ad illud absurdum, sapientem nescire sapientiam. si sapientem ipsum negas posse inueniri, non iam cum Academicis sed tecum, quisquis hoc sentis, sermone alio disseremus. illi enim cum haec disputant, de sapiente profecto disputant. clamat Cicero se ipsum magnum esse opinatorem, sed de sapiente se quaerere. quod si adhuc uos, adulescentes, ignotum habetis, certe in Hortensio legistis: *si igitur nec certi est quidquam nec opinari sapientis est, nihil umquam sapiens approbabit*. unde manifestum est eos de sapiente illis suis disputationibus, contra quas nitimur, quaerere.

32. Ergo arbitror ego sapienti certam esse sapientiam, id est sapientem percepisse sapientiam et ob hoc eum non opinari, cum assentitur sapientiae; assentitur enim ei rei, quam si non percepisset, sapiens non esset. nec isti quemquam non debere assentiri nisi rebus, quae non possunt percipi, affirmant; non autem sapientia nihil est: cum igitur et scit sapientiam et assentitur sapientiae, neque nihil scit neque nulli rei sapiens assentitur. quid amplius uultis? an de illo errore aliquid quaerimus, quem dicunt penitus euitari, si in nullam rem animum declinet assensio? errat enim, inquiunt, quisquis non solum rem falsam sed etiam dubiam, quamuis uera sit, approbat. nihil autem quod dubium non sit inuenio. at inuenit sapiens ipsam, ut dicebamus, sapientiam.

XV. 33. Sed hinc iam uultis me fortasse discedere. non sunt facile securissima relinquenda; cum uersutissimis hominibus agimus; morem tamen uobis geram. sed quid hic dicam? quid? quidnam? illud nimirum uetus dicendum est, ubi et ipsi habent quod dicant. quid enim faciam, quem de castris meis foras truditis? num

8 cf. Cic. Acad. II 66 10 Cic. Hort. frag. 100 Müller

1 percipi *om.M* sentiatur *M* 2 queris *T* 3 se (*om.* met) *M* 5 si sapientem *T* sapientem *HMP* 7 hoc *M* cicere *Tm1* 8 quaere *Pm1* 9 uos *om.H* aduliscentes *P* adolescentes (o *in ras.*) *T* ignotom *Pm1* 10 est] estis *HMPa* 11 est *om.T* 14 id est—sapientiam *om.M* 21 in] ad *Hm2s.l.M* 22 animam *T* 24 ipsam *om.a* 26 fortasse me *edd.* 28 quid? quidnam] quicquidnam *Pm1T* quidnam *MPm2* 30 foras *om.M* num] nisi *T* ni *M*

implorabo auxilia doctorum, cum quibus si superare nequeo, minus pudebit fortasse superari? iaciam igitur quibus uiribus possum fumosum quidem iam et scabrum sed, nisi fallor, ualidissimum telum: qui nihil approbat, nihil agit. o hominem rusticum! et ubi est probabile? ubi est ueri simile? hoc uolebatis. auditisne, ut sonent scuta Graecanica? exceptum est quod robustissimum quidem, sed qua manu iaculati sumus! et nihil mihi potentius isti mei suggerunt nec aliquid, ut uideo, uulneris fecimus. conuertam me ad ea, quae uilla et ager ministrat; onerant me potius maiora quam praeparant.

34. Nam cum otiosus diu cogitassem in isto rure, quonam modo possit istuc probabile aut ueri simile actus nostros ab errore defendere, primo uisum est mihi, ut solet uideri, cum ista uendebam, belle tectum et munitum, deinde ubi totum cautius circumspexi, uisus sum mihi uidisse unum aditum, qua in securos error inrueret. non solum enim puto eum errare, qui falsam uiam sequitur, sed etiam eum, qui ueram non sequitur. faciamus enim duos uiatores ad unum locum tendentes, quorum alter instituerit nulli credere, alter nimis credulus sit. uentum est ad aliquod biuium. hic ille credulus pastori, qui aderat, uel cuipiam rusticano: salue, frugi homo! dic quaeso, qua bene in illum locum pergatur. respondetur: si hac ibis, nihil errabis. et ille ad comitem: uerum dicit, hac eamus. ridet uir cautissimus et tam cito assensum facetissime inludit atque interea illo discedente in biuio figitur. et iam incipit uideri turpe cessare, cum ecce ex alio uiae cornu lautus quidam et urbanus equo insidens eminet et propinquare occipit. gratulatur iste; tum aduenienti et salutato indicat propositum, quaerit uiam, dicit etiam remansionis suae causam, quo beniuolentiorem reddat pastori eum praeferens. ille autem casu planus erat de his, quos samardocos iam uulgus uocat. tenuit suum morem homo pessimus etiam gratis. hac perge, ait; nam ego

1 plorabo *HP* doctiorum *T edd.* 2 possim *a* 6 sonant *a* grecania *HMP* est] e. enim *a* 7 qua] quia *T* 8 suggerent *Hm2* 10 praeparent *M* 12 aut] ac *edd.* 13 mihi *om. H* uelle *HMPa* 14 ubi *om. Mm1* 15 non solum (*om.* enim) *M* non enim solum *edd.* 22 ad (d *add. m2*) *P* 24 illo interea *M* 27 accipit *H* 28 etiam] enim *Tm1* 29 illae *H* 30 planus] seductor planus *T* iis *M* samardagos *T* samardacos *m*

inde uenio. decepit atque abiit. sed quando iste deciperetur? non enim monstrationem istam tamquam ueram, inquit, approbo, sed quia est ueri similis, et hic otiosum esse nec honestum nec utile est; hac eam. interea ille, qui assentiendo errauit tam cito existimans uera esse uerba pastoris, in loco illo, quo tendebant, iam se reficiebat, iste autem non errans, si quidem probabile sequitur, circumiit siluas nescio quas nec iam cui locus ille notus sit, ad quem uenire proposuerat, inuenit. uere uobis dicam, cum ista cogitarem, risum tenere non potui, fieri per Academicorum uerba nescio quo modo, ut erret ille, qui ueram uiam uel casu tenet, ille autem, qui per auios montes probabiliter ductus est nec petitam regionem inuenit, non uideatur errare. ut enim temerariam consensionem iure condemnem, facilius ambo errant, quam iste non errat. hinc iam aduersum ista uerba uigilantior ipsa facta hominum et mores considerare coepi. tum uero tam multa mihi et tam capitalia in istos uenerunt in mentem, ut iam non riderem sed partim stomacharer partim dolerem homines doctissimos et acutissimos in tanta scelera sententiarum et flagitia deuolutos.

XVI. 35. Certe enim non fortasse omnis, qui errat, peccat, omnis tamen, qui peccat, aut errare conceditur aut aliquid peius. quid, si ergo aliquis adulescentium, cum hos audierit dicentes: ‘turpe est errare et ideo nulli rei consentire debemus; sed tamen, cum agit quisque, quod ei uidetur probabile, nec cessat nec errat, illud tantum meminerit, quidquid occurrit uel animo uel sensibus, non pro uero esse approbandum‘ — id igitur audiens adulescens insidiabitur pudicitiae uxoris alienae? te, te consulo, Marce Tulli; de adulescentium moribus uitaque tractamus, cui educendae atque instituendae omnes illae litterae tuae uigilauerunt. quid aliud dicturus es quam non tibi esse probabile, ut id faciat adulescens? at illi probabile est. nam si ex alieno probabili uiuimus, nec tu debuisti amministrare rem publicam, quia Epicuro uisum est non esse faciendum. adultera-

4 ille] iam ille *T* 5 loquo *Tm1* illo] isto *M* tendebat *a* 6 circumiuit *M* circumit *Tm1* circuit *Tm2* 12 condemnet *H* 13 errant *om.M* uerba ista *T* 15 et tam] etiam *Tm1* uel tamen *Tm2* 21 aduliscentium *P* 22 rei *om.M* 23 uidentur *T* cessat] peccat *edd.* 24 *pr.* uel *om.M* 25 probandum *M* 26 puditítiae *T* *alt.* te *om.M* aduliscentium *P* adulescentulorum (or *s.m2*) *H* 27 uitamque *P* educandae *T edd.* 28 illae *om.Mm1* 29 ille *P* 30 debuisti tu *T* administrare *HT* 31 adulterabitur *H*

bit igitur ille iuuenis coniugem alienam; qui deprehensus si fuerit, ubi te inueniet, a quo defendatur? quamquam etiamsi inueniat, quid dicturus es? negabis profecto. quid, si tam clarum est, ut frustra infitiere? persuadere uis nimirum tamquam in gymnasio Cumano atque adeo Neapolitano nihil eum peccasse, immo etiam nec errasse quidem. non enim faciendum esse adulterium pro uero sibi persuasit; probabile occurrit, secutus est, fecit; aut fortasse non fecit, sed fecisse sibi uisus est. iste autem maritus, homo fatuus, perturbat omnia litibus pro uxoris castitate proclamans, cum qua forte nunc dormit et nescit. hoc illi iudices si intellexerint, aut neglegent Academicos et tamquam crimen uerissimum punient aut eisdem obtemperantes uerisimiliter hominem probabiliterque damnabunt, ut iam quid agat iste patronus prorsus ignoret. cui enim suscenseat non habebit, cum omnes se nihil errasse dicant, quando non assentientes id quod uisum est probabile fecerint. ponet igitur personam patroni et philosophi consolatoris suscipiet; ita facile adulescenti, qui iam tantum in Academia profecerit, persuadebit, ut se tamquam in somnis putet esse damnatum. sed uos me iocari arbitramini. liquet deierare per omne diuinum nescire me prorsus, quomodo iste peccauerit, si quisquis id egerit quod probabile uidetur non peccat, nisi forte in totum aliud esse dicunt errare, aliud peccare seque illis praeceptis egisse, ne erremus, peccare autem nihil magnum esse duxisse.

36. Taceo de homicidiis parricidiis sacrilegiis omnibusque omnino quae fieri aut cogitari possunt flagitiis ac facinoribus, quae paucis uerbis et, quod est grauius, apud sapientissimos iudices defenduntur: nihil consensi et ideo non erraui; quomodo autem non facerem quod probabile uisum est? qui autem non putant ista probabiliter posse persuaderi, legant orationem Catili-

19 cf. Ter. Eun. 331 cf. Retract. I 1, 10 29 cf. Sall. Cat. 20

4 ut frustra *om. M* infigere *M* inficiare *a* persuadere uis *H* persuadere bis *P* persuadebis *M T edd.* Cumano gymnasio *edd.* 5 etiam] eum *M* 6 nec] ne *T* 8 sed] sed si *H* *homo *P* 14 succenseat *M T edd.* 16 consolatori *H M P* suscepi& *P* suscepit et *H* ita—adulescenti *om. M* 17 qui iam] quam *M* 18 iocare *Pm1* 24 homicidis *M Pm1* parricidis *M* patricidiis *Tm1* sacrilegis *M* 25 cogitarique (*om.* aut) *M* ac] aut *edd.* 29 catilenę *Tm1*

nae, qua patriae parricidium, quo uno continentur omnia scelera, persuasit. iam illud quis non ridet? ipsi dicunt nihil se in agendo sequi nisi probabile et quaerunt magnopere ueritatem, cum eis sit probabile non posse inueniri. o mirum monstrum! sed hoc omittamus; minus id ad nos, minus ad uitae nostrae discrimen, minus ad fortunarum periculum pertinet. illud est capitale, illud formidolosum, illud optimo cuique metuendum, quod nefas omne, si haec ratio probabilis erit — cum probabile cuiquam uisum fuerit esse faciendum, tantum nulli quasi uero assentiatur — non solum sine sceleris sed etiam sine erroris uituperatione committat. quid ergo? haec illi non uiderunt? immo sollertissime prudentissimeque uiderunt, nec mihi ullo pacto tantum adrogauerim, ut Marcum Tullium aliqua ex parte sequar industria uigilantia ingenio doctrina; cui tamen asserenti nihil scire posse hominem si hoc solum diceretur: 'scio ita uideri mihi', unde id refelleret non haberet.

XVII. 37. Quid igitur placuit tantis uiris perpetuis et pertinacibus contentionibus agere, ne in quemquam cadere ueri scientia uideretur? audite iam paulo attentius non quid sciam sed quid existimem; hoc enim ad ultimum reseruabam, ut explicarem, si possem, quale mihi esse uideatur totum Academicorum consilium. Plato, uir sapientissimus et eruditissimus temporum suorum, qui et ita locutus est, ut quaecumque diceret magna fierent, et ea locutus est, ut quomodocumque diceret, parua non fierent, dicitur post mortem Socratis magistri sui, quem singulariter dilexerat, a Pythagoreis etiam multa didicisse. Pythagoras autem Graeca philosophia non contentus, quae tunc aut paene nulla erat aut certe occultissima, postquam commotus Pherecydae cuiusdam Syri disputationibus immortalem esse animum credidit, multos sapientes etiam longe lateque peregrinatus audierat. igitur Plato

21 cf. Retract. I 1, 12

2 se *om. M* 3 probabile sit *M* 4 *post* inueniri *inser. Mm2* sed uisum sit 7 omne] o. prohibet *M* 9 esse *om. M* tamen *M* 11 hoc *M* solertissime *Pm1* 12 pacto] modo *Tm1* 13 aliqua *Mm2 s.l.* 14 si] qui *Hm1MP* 15 diceret *Ma* 18 sciam] agam *M* 20 possum *M* uideatur esse *edd.* 25 pithagoreis *T* phytagoreis *M* phytagoras *M* greca *P* 26 *pr.* aut *om. Mm1* 27 pherecide *HMT* pheretide *P* 28 siri *T* 29 etiam *om. M* lataeque *P* peregrinatos *Mm1*

adiciens lepori subtilitatique Socraticae, quam in moralibus habuit, naturalium diuinarumque rerum peritiam, quam ab eis quos memoraui diligenter acceperat, subiungensque quasi formatricem illarum partium iudicemque dialecticam, quae aut ipsa esset aut sine qua omnino sapientia esse non posset, perfectam dicitur composuisse philosophiae disciplinam, de qua nunc disserere temporis non est. sat est enim ad id, quod uolo, Platonem sensisse duos esse mundos, unum intellegibilem, in quo ipsa ueritas habitaret, istum autem sensibilem, quem manifestum est nos uisu tactuque sentire; itaque illum uerum, hunc ueri similem et ad illius imaginem factum, et ideo de illo in ea quae se cognosceret anima uelut expoliri et quasi serenari ueritatem, de hoc autem in stultorum animis non scientiam sed opinionem posse generari; quidquid tamen ageretur in hoc mundo per eas uirtutes, quas ciuiles uocabat, aliarum uerarum uirtutum similes, quae nisi paucis sapientibus ignotae essent, non posse nisi ueri simile nominari.

38. Haec et alia huius modi mihi uidentur inter successores eius, quantum poterant, esse seruata et pro mysteriis custodita. non enim aut facile ista percipiuntur nisi ab eis, qui se ab omnibus uitiis mundantes in aliam quandam plus quam humanam consuetudinem uindicarint, aut non grauiter peccat, quisquis ea sciens quoslibet homines docere uoluerit. itaque Zenonem principem Stoicorum, cum iam quibusdam auditis et creditis in scholam relictam a Platone uenisset, quam tunc Polemo retinebat, suspectum habitum suspicor nec talem uisum, cui Platonica illa uelut sacrosancta decreta facile prodi committique deberent, priusquam dedidicisset ea, quae in illam scholam ab aliis accepta detulerat. moritur Polemo, succedit ei Arcesilas, Zenonis quidem condiscipulus, sed sub Polemonis magisterio. quam ob rem cum Zeno sua quadam de mundo et maxime

1 sochraticae *P*  in moralibus] immortalibus *P* in mortalibus *Hm1* id est inter mortales *Hm2 s.l.*  2 quos *P in ras.*  3 commemoraui *Tm1*  5 qua *om. M* sapientia omnino *edd.*  esse non posset *om. M*  esse* *T*  7 tempus *a et Migne*  8 ueritas ipsa *T*  9 nos] non *P*  10 ita *a*  12 fenerari *ex* serenari *Pm2*  16 note *T*  ueri similes *M*  17 mihi *om. M*  18 misteriis *T*  21 uindicauerint *edd.*  quotlibet (*corr. m2*) *P* quodlibet *H*  23 scolam *codd.* a* *P*  platone* (m *ras.*) *P*  25 tale *H*  26 prodo *Tm1*  dedicisset *Pm1m* didicisset *MPm2Ta*  27 palemo *M*  28 archesilas *codd. ubique*  discipulus *Tm1*

de anima, propter quam uera philosophia uigilat, sententia delectaretur dicens eam esse mortalem nec quicquam esse praeter hunc sensibilem mundum nihilque in eo agi nisi corpore — nam et deum ipsum ignem putabat — prudentissime atque utilissime mihi uidetur Arcesilas, cum illud late serperet malum, occultasse penitus Academiae sententiam et quasi aurum inueniendum quandoque posteris obruisse. quare cum in falsas opiniones ruere turba sit pronior et consuetudine corporum omnia esse corporea facillime sed noxie credatur, instituit uir acutissimus atque humanissimus dedocere potius quos patiebatur male doctos quam docere quos dociles non arbitrabatur. inde illa omnia nata sunt, quae nouae Academiae tribuuntur, quia eorum necessitatem ueteres non habebant.

39. Quodsi Zeno expergefactus esset aliquando et uidisset neque quicquam comprehendi posse nisi quale ipse definiebat neque tale aliquid in corporibus posse inueniri, quibus ille tribuebat omnia, olim prorsus hoc genus disputationum, quod magna necessitate flagrauerat, fuisset extinctum. sed Zeno imagine constantiae deceptus, ut ipsis Academicis uidebatur nec mihi etiam non uidetur, pertinax fuit fidesque illa corporum perniciosa, quoquo modo potuit, peruixit in Chrysippum, qui ei — nam maxime poterat — magnas uires latius se diffundendi dabat, nisi ex illa parte Carneades acrior et uigilantior superioribus ceteris ita restitisset, ut mirer illam opinionem aliquid etiam postea ualuisse. namque Carneades primo illam uelut calumniandi impudentiam, qua uidebat Arcesilam non mediocriter infamatum, deposuit, ne contra omnia uelle dicere quasi ostentationis causa uideretur, sed ipsos proprie sibi Stoicos atque Chrysippum conuellendos euertendosque proposuit.

XVIII. 40. Deinde cum undique premeretur, si nulli rei esset assensus, nihil acturum esse sapientem — o hominem mirum atque adeo non mirum! ab ipsis enim Platonis fontibus profluebat — attendit sapienter, quales illi actiones probarent, easque nescio quarum

2 cf. Cic. Tusc. I 79    29 cf. Cic. Acad. II 39. 62. 108

1 declaretur *T*    2 quisquam *Mm1*    7 et] ex *M*    9 credantur *M*    15 ille] ipse *M*    19 pernitiosa *MT*    20. 27 crysippum *HP* chrisippum *T* crisippum *M*    nam] quam *Tm1a*    21 magna *T*    latius *om.Mm1*    22 ita] ei ita *T*    24 illa *P*    28 cun *T*    31 illis *T*    actionis *Pm1*

uerarum similes uidens id, quod in hoc mundo ad agendum sequeretur, ueri simile nominauit. cui enim esset simile, et perite norat et prudenter tegebat idque etiam probabile appellabat. probat enim bene imaginem, quisquis eius intuetur exemplum. quomodo enim approbat sapiens aut quomodo simile sequitur ueri, cum ipsum uerum quod sit ignoret? ergo illi norant et approbabant falsa, in quibus imitationem laudabilem rerum uerarum aduertebant. sed quia hoc tamquam profanis nec fas nec facile erat ostendere, reliquerunt posteris et quibus illo tempore potuerunt signum quoddam sententiae suae, illos autem bene dialecticos de uerbis mouere quaestionem insultantes inridentesque prohibebant. ob haec dicitur Carneades etiam tertiae Academiae princeps atque auctor fuisse.

41. Deinde in nostrum Tullium conflictio ista durauit iam plane saucia et ultimo spiritu Latinas litteras inflatura. nam nihil mihi uidetur inflatius quam tam multa copiosissime atque ornatissime dicere non ita sentientem. quibus tamen uentis faeneus ille Platonicus Antiochus satis, ut mihi uidetur, dissipatus atque dispersus est. nam Epicureorum greges in animis deliciosorum populorum aprica stabula posuerunt. quippe Antiochus, Philonis auditor, hominis, quantum arbitror, circumspectissimi, qui iam ueluti aperire cedentibus hostibus portas coeperat et ad Platonis auctoritatem Academiam legesque reuocare — quamquam et Metrodorus id antea facere temptauerat, qui primus dicitur esse confessus non directo placuisse Academicis nihil posse conprehendi, sed necessario contra Stoicos huius modi eos arma sumpsisse — igitur Antiochus, ut institueram dicere, auditis Philone Academico et Mnesarcho Stoico in Academiam ueterem quasi uacuam defensoribus et quasi nullo hoste securam uelut adiutor et ciuis inrepserat nescio quid inferens mali de Stoicorum cineribus, quod Platonis adyta uiolaret. sed huic arreptis iterum

6 cf. Retract. I 1, 11

1 id uidens *H* ad *MT* in *HP* 2 ueri similes *M* 3 appellabatur *T* 4 eius *om M* enim] nihil ergo *T* 6 quod *HP* quid *MT edd.* approbant *P* falsam *HP* 7 animaduertebant *Tm* 11 hoc *edd.* 17. 19. 25 anthiocus *HP* 18 delitiosorum *P* aprica] ad prisca *M* 19 philionis *HP* 20 quamtum *P* 22 ante *M* 23 directo *scripsi* derecto *HMPa* decreto *Tm* 25 sumsisse *T* ut *om Mm1* instituerant *Mm1* 26 audistis *M* philione *Hm2Pm2* philionem *Hm1Pm1* Mnesarcho] omne arco *HPa* omne archo *M* 29 adita *codd.*

illis armis et Philo restitit, donec moreretur, et omnes eius reliquias Tullius noster oppressit se uiuo impatiens labefactari uel contaminari quidquid amauisset. adeo post illa tempora non longo interuallo omni peruicacia pertinaciaque demortua os illud Platonis, quod in philosophia purgatissimum est et lucidissimum, dimotis nubibus erroris emicuit maxime in Plotino, qui Platonicus philosophus ita eius similis iudicatus est, ut simul eos uixisse, tantum autem interest temporis, ut in hoc ille reuixisse putandus sit.

XIX. 42. Itaque nunc philosophos non fere uidemus nisi aut Cynicos aut Peripateticos aut Platonicos, et Cynicos quidem, quia eos uitae quaedam delectat libertas atque licentia. quod autem ad eruditionem doctrinamque attinet et mores, quibus consulitur animae, quia non defuerunt acutissimi et sollertissimi uiri, qui docerent disputationibus suis Aristotelem ac Platonem ita sibi concinere, ut imperitis minusque attentis dissentire uideantur, multis quidem saeculis multisque contentionibus, sed tamen eliquata est, ut opinor, una uerissimae philosophiae disciplina. non enim est ista huius mundi philosophia, quam sacra nostra meritissime detestantur, sed alterius intellegibilis, cui animas multiformibus erroris tenebris caecatas et altissimis a corpore sordibus oblitas numquam ista ratio subtilissima reuocaret, nisi summus deus populari quadam clementia diuini intellectus auctoritatem usque ad ipsum corpus humanum declinaret atque summitteret, cuius non solum praeceptis sed etiam factis excitatae animae redire in semet ipsas et resipiscere patriam etiam sine disputationum concertatione potuissent.

XX. 43. Hoc mihi de Academicis interim probabiliter, ut potui, persuasi. quod si falsum est, nihil ad me, cui satis est iam non arbitrari non posse ab homine inueniri ueritatem. quisquis autem putat hoc sensisse Academicos, ipsum Ciceronem audiat. ait enim illis morem fuisse occultandi sententiam suam nec eam cuiquam, nisi

14 cf. Cic. Acad. I 18   29 cf. Cic. Acad. frag. 21 Müller (p. 61, 17 Plasberg)

1 filo *T* filio *HP*   2 condemnari *M*   4 peruicatia *MT*   6 eroris *P*   7 autem *om.M*   8 ut *om.M*   9 philosophis *Tm1*   10 cynichos *T*   peripatecos *Pm1* peripatheticos *MT*   12 et] en *HMPa*   13 solertissimi *Pm1*   14 aristotilem *HM*   ac] et *T*   15 sentire *M*   17 disciplinae philosophia *M*   19 multiformis *T*   21 deus *om.M*   23 committeret *T*   24 ipsos *Tm1*   recipere *T* respicere *m*   25 etiam *om.M*

qui secum ad senectutem usque uixissent, aperire consuesse. quae sit autem ista, deus uiderit; eam tamen arbitror Platonis fuisse. sed ut breuiter accipiatis omne propositum meum, quoquo modo se habeat humana sapientia, eam me uideo nondum percepisse. sed cum tricensimum et tertium aetatis annum agam, non me arbitror desperare debere eam me quandoque adepturum. contemptis tamen ceteris omnibus, quae bona mortales putant, huic inuestigandae inseruire proposui. a quo me negotio quoniam rationes Academicorum non leuiter deterrebant, satis, ut arbitror, contra eas ista disputatione munitus sum. nulli autem dubium est gemino pondere nos impelli ad discendum auctoritatis atque rationis. mihi ergo certum est nusquam prorsus a Christi auctoritate discedere; non enim reperio ualentiorem. quod autem subtilissima ratione persequendum est — ita enim iam sum affectus, ut quid sit uerum non credendo solum sed etiam intellegendo apprehendere impatienter desiderem — apud Platonicos me interim, quod sacris nostris non repugnet, reperturum esse confido.

44. Hic postquam sermonis finem me fecisse aspexerunt, quamquam iam erat nox et aliquid etiam lucerna inlata scriptum erat, tamen illi adulescentes intentissime exspectabant, utrum Alypius uel alio die se responsurum esse promitteret. tum ille: Nihil mihi aliquando, inquit, tam ex sententia prouenisse affirmare paratus sum, quam quod hodierna disputatione discedo superatus. nec istam meam tantum puto debere esse laetitiam. communicabo ergo eam uobiscum, concertatores mei uel iudices nostri, quando quidem isto se pacto a suis posteris uinci ipsi etiam fortasse Academici optarunt. quid enim nobis hoc sermonis lepore iucundius, quid sententiarum grauitate perpensius, quid beniuolentia promptius, quid doctrina peritius uideri aut exhiberi posset? prorsus nequaquam digne ammirari possum, quod tam facete aspera, tam fortiter desperata, tam moderate

1 uixisset *Mm1T* 2 fuisse *om.M* 3 habet *a* 5 trige*simum (g *ex* c, u *ras.*) *P* tricesimum *HMT* 6 debere *om.M* 8 megotio (*om.* me) *Pm1* 9 ut opinor arbitror *T* ista] tota *Migne* 10 munitissimum *M* muniti sumus *a* 11 ergo (go *in ras.*) *P* autem *edd.* 12 a *add. T s.l.* 13 repperio *Pm1T* persuadendum *M* 14 effectus *Hm2M* 16 a*pud *P* aut *H* 20 aduliscentes *P* 23 disputatione *om Mm1* 27 iocundius *MT* iocundis *Pm1* 29 exiberi *T* posset? prorsus *edd.* prorsus posse *P* posse prorsus *H* possit pr. *M* potest pr. *T* admirari *HPm2T* 30 quo *m* *pr. et all.* tam *om.M*

conuicta, tam dilucide obscura tractata sunt. quare iam, socii mei, exspectationem uestram, qua me ad respondendum prouocabatis, certiore spe mecum ad discendum conuertite. habemus ducem, qui nos in ipsa ueritatis arcana deo iam monstrante perducat.

45. Hic ego, cum illi puerili quodam studio, quod Alypius responsurus non uidebatur, quasi fraudatos se uultu ostenderent: Inuidetis, inquam arridens, laudibus meis? sed quoniam de Alypii constantia iam securus nihil eum timeo, ut uos quoque mihi gratias agatis, instruo uos aduersus illum, qui tantam intentionem uestrae exspectationis offendit. legite Academicos et, cum ibi uictorem — quid enim facilius? — istarum nugarum Ciceronem inueneritis, cogatur iste a uobis hunc nostrum sermonem contra illa inuicta defendere. hanc tibi, Alypi, duram mercedem pro mea falsa laude restituo. — Hic cum arrisissent, finem tantae conflictionis — utrum firmissimum nescio — modestius tamen et citius, quam speraueram, fecimus.

11 cf. Retract. I 1, 13

1 delucide *P* 2 qua me] quam *P* 4 archana *MPT* 5 pueruli *M* 6 uultu se *edd.* 7 laudibus] plaudibus *HPm1* plausibus *MPm2* 10 achademichos *P* 13 dura mercede demoro *M* pro] oro *HP* 16 fecimus finem (finem *add. m2*) *M* AURELI (AURELII *H*) AUGUSTINI ACHADEMICORUM LIB ·III EXPLICIT *HP*, EXPLICIT LIBER AURELII AUGUSTINI DE ACHA******T*, *deest in M*

## AUGUSTINI RETRACTATIONUM LIB. I CAP. I. (PAG. 11, 3 ED. KNOELL).

1 Cum ergo reliquissem uel quae adeptus fueram in cupiditatibus huius mundi uel quae adipisci uolebam et me ad Christianae uitae otium contulissem, nondum baptizatus contra Academicos uel de Academicis primum scripsi, ut argumenta eorum, quae multis ingerunt ueri inueniendi desperationem et prohibent cuiquam rei adsentiri et omnino aliquid, tamquam manifestum certumque sit, adprobare sapientem, cum omnia eis uideantur obscura et incerta, ab animo meo, quia me mouebant, quantis possem rationibus amouerem. quod miserante atque adiuuante domino factum est.

2 Sed in eisdem tribus libris meis non mihi placet totiens me appellare fortunam, quamuis non aliquam deam uoluerim hoc nomine intellegi, sed fortuitum rerum euentum uel in corporis nostri uel in externis bonis aut malis. unde et illa uerba sunt, quae nulla religio dicere prohibet: forte, forsan, forsitan, fortasse, fortuito, quod tamen totum ad diuinam reuocandum est prouidentiam. hoc etiam ibi non tacui dicens: *etenim fortasse, quae uulgo fortuna nominatur, occulto quodam ordine regitur, nihilque aliud in rebus casum uocamus, nisi cuius ratio et causa secreta est.* dixi quidem hoc, uerum tamen paenitet me sic illic nominasse fortunam, cum uideam homines habere in pessima consuetudine, ubi dici debet: hoc deus uoluit, dicere:
3 hoc uoluit fortuna. quod autem quodam loco dixi: *ita conparatum est siue pro meritis nostris siue pro necessitate naturae, ut diuinum animum mortalibus inhaerentem nequaquam philosophiae portus accipiat* et cetera, aut nihil horum duorum dicendum fuit, quia etiam sic sensus posset esse integer, aut satis erat dicere: *pro meritis nostris*, sicut uerum est ex Adam tracta miseria, nec addere: *siue pro necessitate naturae*, quando quidem naturae nostrae dura neces-

3 Aug. Conf. IX 4. 7 6 Cic. Acad. II 28 sq. 66. 68. 76 8 Cic. Acad. II 59. 67. cf. Gell. Noct. Att. XI 5. 6 12 De Acad. I 1, 1. 9, 25. II 1, 1. 3, 9. III 2, 2. 3. 4 18 De Acad. I 1, 1 23 ibid.

sitas merito praecedentis iniquitatis exorta est. itemque illic quod 4
dixi: *nihil omnino colendum esse totumque abiciendum quidquid*
*mortalibus oculis cernitur, quidquid ullus sensus adtingit*, addenda
erant uerba, ut diceretur: quidquid mortalis corporis sensus adtingit;
est enim sensus et mentis. sed eorum more tunc loquebar, qui sensum
non nisi corporis dicunt et sensibilia non nisi corporalia. itaque
ubicumque sic locutus sum, parum est ambiguitas euitata nisi apud
eos, quorum consuetudo est locutionis huius. item dixi: *quid* 5
*censes aliud esse beate uiuere nisi secundum id, quod in homine opti-*
*mum est, uiuere?* et quid dixerim in homine esse optimum, paulo
post explicans: *quis*, inquam, *dubitauerit nihil esse aliud hominis*
*optimum quam eam partem animi, cui dominanti obtemperare con-*
*uenit cetera, quaeque in homine sunt? haec autem, ne aliam postules*
*definitionem, mens aut ratio dici potest.* hoc quidem uerum est —
nam quantum adtinet ad hominis naturam, nihil est in eo melius
quam mens et ratio — sed non secundum ipsam debet uiuere, qui
beate uult uiuere. alioquin secundum hominem uiuit, cum s e-
c u n d u m d e u m u i u e n d u m sit, ut possit ad beatitudinem
peruenire, propter quam consequendam non se ipsa debet esse
contenta, sed deo mens nostra subdenda est. item respondens ei, 6
cum quo disputabatur: *hic plane*, inquam, *non erras; quod ut tibi*
*omen sit ad reliqua, libenter optauerim.* hoc licet non serio, sed ioco
dictum sit, nollem tamen eo uerbo uti. omen quippe me legisse non
recolo siue in sacris litteris nostris siue in sermone cuiusquam
ecclesiastici disputatoris, quamuis abominatio inde sit dicta, quae
in diuinis libris adsidue reperitur.

In secundo autem libro prorsus inepta est et insulsa illa quasi 7
fabula de philocalia et philosophia, quod sunt germanae et eodem
parente procreatae. aut enim philocalia quae dicitur non nisi in
nugis est et ob hoc philosophiae nulla ratione germana aut, si prop-
terea est hoc nomen honorandum, quia latine interpretatum amo-
rem pulchritudinis significat et est uera ac summa sapientiae pul-
chritudo, eadem ipsa est in rebus incorporalibus atque summis phi-
localia, quae philosophia, neque ullo modo sunt quasi sorores duae.
alio loco, de animo cum agerem, dixi: *securior rediturus in caelum.* 8

2 De Acad. I 1, 3 8.11 De Acad. I 2, 5 17 I Petr. 4, 6 20 Ps. 36, 7
Iac. 4, 7 21 De Acad. I 4, 11 24 cf. III Regn. 20, 33 Uulg. 25 cf. Ex. 8, 26.
Deut. 7, 25. saepissime 27 De Acad. II 3, 7 35 De Acad. II 9, 22

'iturus' autem quam 'rediturus' dixissem securius propter eos, qui putant animos humanos pro meritis peccatorum suorum de caelo lapsos seu deiectos in corpora ista detrudi. sed ego propterea non dubitaui dicere, quia ita dixi 'in caelum', tamquam dicerem 'ad deum', qui eius est auctor et conditor. sicut beatus Cyprianus non cunctatus est dicere: nam cum corpus e terra, spiritum possideamus e caelo, ipsi terra et caelum sumus. et in libro Ecclesiastae scriptum est: spiritus reuertatur ad deum, qui dedit illum. quod utique sic intellegendum est, ut non resistatur apostolo dicenti nondum natos nihil egisse boni aut mali. sine controuersia ergo quaedam originalis regio beatitudinis animi deus ipse est, qui eum non quidem de se ipso genuit, sed de nulla re alia condidit, sicut condidit corpus e terra. nam quod adtinet ad eius originem, qua fit, ut sit in corpore, utrum de illo uno sit, qui primum creatus est, quando factus est homo in animam uiuam, an similiter fiant singulis singuli, nec tunc sciebam nec adhuc scio.

9 In libro tertio: *si quid mihi uideatur quaeris*, inquam, *in mente*
*arbitror esse summum hominis bonum.* uerius dixissem: in deo; ipso
10 enim mens fruitur, ut beata sit, tamquam bono summo suo. nec
11 illud mihi placet, quod dixi: *liquet deierare per omne diuinum.* item
quod dixi de Academicis, quia nouerant uerum, cuius simile appellabant uerisimile, idque ipsum uerisimile appellaui falsum, quod adprobabant, duas ob causas non recte dictum est, uel quod falsum esset, quod aliquo modo esset simile alicuius ueri, quia in genere suo et hoc uerum est, uel quod adprobabant ista falsa, quae uocabant uerisimilia, cum illi nihil adprobarent et adfirmarent nihil adprobare sapientem. sed quia hoc ipsum uerisimile etiam proba-
12 bile nuncupabant, hinc factum est, ut de illis dicerem. laus quo-
que ipsa, qua Platonem uel Platonicos seu Academicos philosophos tantum extuli, quantum inpios homines non oportuit, non inmerito

2 Plato Tim. p. 91 A sqq. Diels Doxogr. p. 199. 568, 19. 588, 21. 651, 2. Porphyr. sec. Aug. de ciu. dei XII 27 6 Cypr. de dom. orat. 16 (I 278 ed. Hart.) Aug. de praed. sanct. 8, 15 8 Eccle. 12, 7 10 Rom. 9, 11 13 Gen. 2, 7 15 I Cor. 15, 45 16 Aug. de lib. arb. III 21, 59. 62. ep. 166, 7. op. inperf. c. Iul. IV 104 18 De Acad. III 12, 27 21 De Acad. III 16, 35 22 De Acad. III 18, 40 Cic. Acad. II 67 sq. et 73 27 De Acad. II 6, 14 30 De Acad. III 17, 37. II 10. 24

mihi displicuit, praesertim contra quorum errores magnos defendenda est Christiana doctrina. illud etiam, quod in conparatione 13
argumentorum Ciceronis, quibus in libris suis Academicis usus est, meas nugas esse dixi, quibus illa argumenta certissima ratione refutaui, quamuis iocando dictum sit et magis ironia dicebatur, non debuit tamen dici.

Hoc opus sic incipit: *O utinam, Romaniane, hominem sibi aptum.*

2 De Acad. III 20, 45

# II.

# DE BEATA UITA LIBER.

*A* = codex Ambrosianus M. 67. sup. saec. X—XI.
*L* = codex Londinensis Addit. mss. 10940 saec. XI.
*M* = codex Monacensis n. 14330 saec. XI.
*a* = editio Amerbachiana.
*m* = editio Maurinorum.
*p* = editio princeps.
*edd.* = consensus editionum.

# DE BEATA UITA.

I. 1. Si ad philosophiae portum, e quo iam in beatae uitae regionem solumque proceditur, uir humanissime atque magne Theodore, ratione institutus cursus et uoluntas ipsa perduceret, nescio, utrum temere dixerim multo minoris numeri homines ad eum peruenturos fuisse, quamuis nunc quoque, ut uidemus, rari admodum paucique perueniant. cum enim in hunc mundum siue deus siue natura siue necessitas siue uoluntas nostra siue coniuncta horum aliqua siue simul omnia — res enim multum obscura est, sed tamen a te iam inlustranda suscepta — uelut in quoddam procellosum salum nos quasi temere passimque proiecerit, quotusquisque cognosceret, quo sibi nitendum esset quaue redeundum, nisi aliquando et inuitos contraque obnitentes aliqua tempestas, quae stultis uidetur aduersa, in optatissimam terram nescientes errantesque conpingeret?

2. Igitur hominum, quos philosophia potest accipere, tria quasi nauigantium genera mihi uideor uidere. unum est eorum, quos ubi aetas compos rationis adsumpserit, paruo impetu pulsuque remorum de proximo fugiunt seseque condunt in illa tranquillitate, unde ceteris ciuibus, quibus possunt, quo admoniti conentur ad se, lucidissimum signum sui alicuius operis erigunt. alterum uero est eorum superiorique contrarium, qui fallacissima facie maris decepti elegerunt in medium progredi longeque a sua patria peregrinari audent et eius saepe obliuiscuntur. hos si nescio quo et nimis latente modo a puppi uentus, quem prosperum putant, fuerit prosecutus, penetrant in altissima miseriarum elati atque gaudentes, quod eis usque quaque fallacissima serenitas uoluptatum honorumque blanditur. his profecto quid aliud optandum est quam quaedam in illis rebus, a quibus laeti

1 INCIPIT LIBER (sci aug.) DE BEATA UITA (sci aug. *add. s. l. m. post.*) *A*, INCIPIT LIBER SANCTI AUGUSTINI DE BEATA UITA *L*, INCIPIT LIBER EIUSDEM DE BEATA UITA *M* 2 e] a *Lm2 s.l.* de *edd.* 3 magne *add. m2 s.l A* 4 institutos *A* 8 aliqua horum *p* 10 ueluti *am* procellosum (s *ex* r *m1*) *A* 11 quasi *om. LMp* 12 et *om. M* 13 obtinentes *L* 15 philophia *Am1* 16 uideor mihi *M* 18 recondunt *a* 19 quo] quoḍ *A* co (ut *s. m2*) *M* 21 fallacissime *M* 22 saepe eius *edd.* 25 altissimam miseriam *M* 27 laeti] iacti *Mm* iactati *ap*

excipiuntur, inprospera et, si parum est, saeuiens omnino tempestas contrarieque flans uentus, qui eos ad certa et solida gaudia uel flentes gementesque perducat? huius generis tamen plerique nondum longius euagati quibusdam non ita grauibus molestiis reducuntur. hi sunt homines, quos cum uel lacrimabiles tragoediae fortunarum suarum uel inanium negotiorum anxiae difficultates quasi nihil aliud habentes, quod agant, in libros doctorum sapientissimorumque hominum truserint, in ipso quodam modo portu euigilant, unde illos nulla maris illius promissa nimium falso ridentis excludant. est autem genus inter haec tertium eorum, qui uel in ipso adulescentiae limine uel iam diu multumque iactati tamen quaedam signa respiciunt et suae dulcissimae patriae quamuis in ipsis fluctibus recordantur et aut recto cursu in nullo falsi et nihil morati eam repetunt aut plerumque uel inter nubila deuiantes uel mergentia contuentes sidera uel nonnullis inlecebris capti bonae nauigationis tempora differentes errant diutius, saepe etiam periclitantur. quos item saepe nonnulla in fluxis fortunis calamitas, quasi conatibus eorum aduersa tempestas, in optatissimam uitam quietamque compellit.

3. His autem omnibus, qui quocumque modo ad beatae uitae regionem feruntur, unus inmanissimus mons ante ipsum portum constitutus, quo etiam magnas ingredientibus gignit angustias, uehementissime formidandus cautissimeque uitandus est. nam ita fulget, ita mentiente illa luce uestitur, ut non solum peruenientibus nondumque ingressis incolendum se offerat et eorum uoluntati pro ipsa beata terra satisfacturum polliceatur sed plerumque de ipso portu ad sese homines inuitet, eosque nonnumquam detinet ipsa altitudine delectatos, unde ceteros despicere libeat. hi tamen admonent saepe uenientes, ne aut occultis subter scopulis decipiantur aut ad se ascendere facile putent, et qua sine periculo ingrediantur propter

20 cf. Aug. c. Acad. III 14, 30

2 flens *Mm1* ad certa et] accierat ad (cci *in ras.*) *M* uel *om. M* 4 reducantur *L* hii (i *s.* i *m2A*) *Ap* 5 tragoediuę *A* 7 traxerint *a* 9 excludunt *Am1M* 11 iam diu] tam diu *L* 12 recordabuntur *M* 14 nebula *p* 16 periclitabuntur *M* 17 fortunis] rebus *M* 18 instantissimam *M* uitam] patriam *m* 21 quo] qui *edd.* 22 formidandas *Mm1* 23 illa lucet *M* luce illa *p* 24 uoluntatibus *am* ipsa *ex* issa *corr. m2 A* 26 a l sese *om. M* inuitat *LM edd.* detinet *ALM edd.; an scribendum* detineat? 27 delectatus *Am1* 28 decipiantur (a *corr. m2*) *A* 29 quam *M*

illius terrae uicinitatem, beniuolentissime docent. ita cum eis inuident uanissimam gloriam, locum securitatis ostendunt. nam quem montem alium uult intellegi ratio propinquantibus ad philosophiam ingressisue metuendum nisi superbum studium inanissimae gloriae, quod ita nihil intus plenum atque solidum habet, ut inflatos sibi superambulantes subcrepante fragili solo demergat ac sorbeat eisque in tenebras reuolutis eripiat luculentam domum, quam paene iam uiderant?

4. Quae cum ita sint, accipe, mi Theodore — namque ad id, quod desidero, te unum intueor teque aptissimum semper admiror — accipe, inquam, et quod illorum trium genus hominum me tibi dederit et quo loco mihi esse uidear et abs te cuius modi auxilium certus expectem. ego ab usque undeuicensimo anno aetatis meae, postquam in schola rhetoris librum illum Ciceronis, qui Hortensius uocatur, accepi, tanto amore philosophiae succensus sum, ut statim ad eam me ferre meditarer. sed neque mihi nebulae defuerunt, quibus confunderetur cursus meus, et diu, fateor, quibus in errorem ducerer, labentia in Oceanum astra suspexi. nam et superstitio quaedam puerilis me ab ipsa inquisitione terrebat et, ubi factus erectior illam caliginem dispuli mihique persuasi docentibus potius quam iubentibus esse cedendum, incidi in homines, quibus lux ista, quae oculis cernitur, inter summe diuina colenda uideretur. non adsentiebar sed putabam eos magnum aliquid tegere illis inuolucris, quod essent aliquando aperturi. at ubi discussos eos euasi maxime traiecto isto mari, diu gubernacula mea repugnantia omnibus uentis in mediis fluctibus Academici tenuerunt. deinde ueni in has terras; hic

10 cf. Retr. I 2, 2  14 cf. Cic. Hort. frag. 9 Müller  cf. Conf. III 4, 7  21 cf. ibid III 6, 10 sqq.

1 beniuolentissimo *Am1* beneuolentissime (me *m2*) *M*  4 ingressi*suae (s *ras.*) *L*  nisi (n *ex* s *corr.*) *A*  5 habent *M*  inflatos (in *a m2*) *A*  superambulantēs *A*  6 subcrepantes *A* sua repente *M*  7 tenebris *Mm1*  eripiat (t *ex* s *m2*) *A*  luculentum *Am1* luculentissimam *am*  13 undeuice*simo *A* undeuicesimo *LMp*  14 sc*ola*(h *et* m *ras.*) *A* scola *Mp*  rethoris (ris *in ras. A*) *ALM* rhetorum *a* rethorum *p*  ihortensius *A*  16 transferre *am*  meditarer (r *alt. ex* s *corr.*) *A*  18 ducor *M* ducebar *am*  suscepi *M*  19 ab ipsa me *M*  et *om. M*  20 persuasit *L*  21 credendum *M edd.*  22 summe *A* summa et *LM edd.*  23 quod] que *p*  24 at *ex* ut *corr. A*  26 achademici *codd.*  has] exteras *M*  hic] in *M*

septentrionem cui me crederem didici. animaduerti enim et saepe in sacerdotis nostri et aliquando in sermonibus tuis, cum de deo cogitaretur, nihil omnino corporis esse cogitandum, neque cum de anima; nam id est unum in rebus proximum deo. sed ne in philosophiae gremium celeriter aduolarem, fateor, uxoris honorisque inlecebra detinebar, ut, cum haec essem consecutus, tum demum me, quod paucis felicissimis licuit, totis uelis, omnibus remis in illum sinum raperem ibique conquiescerem. lectis autem Plotini paucissimis libris, cuius te esse studiosissimum accepi, conlataque cum eis, quantum potui, etiam illorum auctoritate, qui diuina mysteria tradiderunt, sic exarsi, ut omnes illas uellem ancoras rumpere, nisi me nonnullorum hominum existimatio commoueret. quid ergo restabat aliud, nisi ut inmoranti mihi superfluis tempestas, quae putatur aduersa, succurreret? itaque tantum me arripuit pectoris dolor, ut illius professionis onus sustinere non ualens, qua mihi uelificabam fortasse ad Sirenas, abicerem omnia et optatae tranquillitati uel quassatam nauem fessamque perducerem.

5. Ergo uides, in qua philosophia quasi in portu nauigem. sed etiam ipse late patet; eius magnitudo quamuis iam minus periculosum non tamen penitus excludit errorem. nam cui parti terrae, quae profecto una beata est, me admoueam eamque contingam, prorsus ignoro. quid enim solidum tenui, cui adhuc de anima quaestio nutat et fluctuat? quare obsecro te per uirtutem tuam, per humanitatem, per animarum inter se uinculum atque conmercium, ut dexteram porrigas, hoc autem est, ut me ames et a me uicissim te amari credas carumque haberi. quod si inpetrauero, ad ipsam beatam uitam, cui te iam haerere praesumo, paruo conatu facillime accedam.

1 cf. Conf. VI 3, 4 sqq. 8 cf. ibid. VII 9, 13. VIII 2, 3 14 cf. ibid. IX 2, 4

1 septentrionēs *A* (ē *ex* es *corr.*) credere *M* 2 sacerdotis (is *ex* es *corr.*) *A* 5 illecebra *LM* 6 haec *om. M* hoc *p* tum] tamen *p* 7 omnibusque *am* 8 plotini *AL* platonis *M edd.* 9 esse *om. M* 12 ergo *om. M* 13 superfluus *Mm1* putabatur *edd.* 14 tantus *LM edd.* dolor pectoris *p* 15 honus *A* ualificabam *Mm1* uilificabam *a* 16 syrenas *M* abicere *M* 17 nauim *Mp* fessamque *ALM* fissamque *m* perducere *M* 19 eiusque (que *m2A*) *ALM edd.* pericolosum (o *alt. ex* u) *A* 20 non tamen *om. M* exclusit *p* 21 est beata *M* eamque] atque *LMm* 22 nutuat uel nutat *L* nitat *Mm1*

quid autem agam quoue modo ad istum portum necessarios meos congregem ut cognoscas et ex eo animum meum — neque enim alia signa inuenio, quibus me ostendam — plenius intellegas, disputationum mearum quod mihi uidetur religiosius euasisse atque tuo titulo dignius, ad te scribendum putaui et ipso tuo nomine dedicandum. aptissime sane; nam de beata uita quaesiuimus inter nos nihilque aliud uideo, quod magis dei donum uocandum sit. eloquentia tua territus non sum. quidquid enim amo, quamuis non adsequar, timere non possum; fortunae uero sublimitatem multo minus. apud te enim uere, quamuis sit magna, secunda est; nam quibus dominatur, eosdem ipsos secundos facit. sed iam quid adferam, quaeso adtende.

6. Idibus Nouembribus mihi natalis dies erat. post tam tenue prandium, ut ab eo nihil ingeniorum inpediretur, omnes, qui simul non modo illo die sed cottidie conuiuabamur, in balneas ad consedendum uocaui; nam is tempori aptus locus secretus occurrerat. erant autem — non enim uereor eos singulari benignitati tuae notos interim nominibus facere — in primis nostra mater, cuius meriti credo esse omne, quod uiuo, Nauigius frater meus, Trygetius et Licentius ciues et discipuli mei; nec Lartidianum et Rusticum consobrinos meos, quamuis nullum uel grammaticum passi sint, deesse uolui ipsumque eorum sensum communem ad rem, quam moliebar, necessarium putaui. erat etiam nobiscum aetate minimus omnium, sed cuius ingenium, si amore non fallor, magnum quiddam pollicetur, Adeodatus filius meus. quibus adtentis sic coepi.

II. 7. Manifestum uobis uidetur ex anima et corpore nos esse compositos? — Cum omnes consentirent, Nauigius se ignorare respondit. — Cui ego: Nihilne omnino scis, inquam, an inter aliqua,

9 cf. Retr. I 2, 3

3 plenius] ut plenius *m* plenius ut *M* uel quo pl. *p* disputationum] initium disputationum *m* pelagus d. *ap* 4 euasisse (isse *in ras. m2*) *A* 7 donum dei *p* 11 eosdem *ex* eiusdem *A* eosdem ipsos *om. M* 12 quaeso] q. te *Mam* 13 nouembris *edd.* dies *om. Mm1* 15 cotidie *LM* ad *om. Mm1* 16 his temporibus *M* aptius *Lm2Mp* apius *Lm1* secretusque *Mm* 19 esse credo *Lp* 20 trigetius *LM* ciuis *M* condiscipuli *p* 21 larcidianum *M* Lastidianum *edd.* 22 communem sensum *M* 23 molibar *Mm1* molebar *a* 25 amore] animo *M* quidam *Am1* adeudatos (u *in* o *corr.*) *A* 27 uidetur *A s.l. m1* 29 nihilne] nihil nihilne *m*

quae ignoras, etiam hoc numerandum est? — Non puto me, inquit, omnia nescire. — Potesne nobis dicere aliquid eorum, quae nosti? — Possum, inquit. — Nisi molestum est, inquam, profer aliquid. — Et cum dubitaret: Scisne, inquam, saltem te uiuere? — Scio, inquit. — Scis ergo habere te uitam, si quidem uiuere nemo nisi uita potest. — Et hoc, inquit, scio. — Scis etiam corpus te habere? — Adsentiebatur. — Ergo iam scis te constare ex corpore et uita. — Scio interim, sed utrum haec sola sint incertus sum. — Ergo duo ista, inquam, esse non dubitas, corpus et animam, sed incertus es, utrum sit aliud, quod ad conplendum ac perficiendum hominem ualet. — Ita, inquit. — Hoc quale sit, alias, si possumus, quaeremus, inquam. nunc illud iam ex omnibus quaero, cum fateamur cuncti neque sine corpore neque sine anima esse posse hominem, cibos propter quid horum appetamus. — Propter corpus, inquit Licentius. — Ceteri autem cunctabantur uarioque sermone inter se agebant, quomodo possit propter corpus cibus necessarius uideri, cum appeteretur propter uitam et uita non nisi ad animam pertineret. — Tum ego: Uidetur, inquam, uobis ad eam partem cibum pertinere, quam cibo crescere robustioremque fieri uidemus? — Adsentiebantur praeter Trygetium. ait enim: Cur ego non pro edacitate mea creui? — Modum, inquam, suum a natura constitutum habent omnia corpora, ultra quam mensuram progredi nequeant. tamen ea mensura minora essent, si eis alimenta defuissent; quod et in pecoribus facilius animaduertimus et nemo dubitat cibis subtractis omnium animantium corpora macescere. — Macescere, inquit Licentius, non decrescere. — Satis est mihi, inquam, ad id quod uolo. etenim quaestio est, utrum ad corpus cibus pertineat. pertinet autem, cum eo subducto ad maciem deducitur. — Omnes ita esse censuerunt.

1 inquit (t *ex* d *corr.*) *A*, *fere semper* inquit me *p* 2 potesne] potes inquam *LMp* potesne inquam *am* aliquid eorum dicere *M* 4 hesitaret *M* saltim *A* te *om. M* 5 te habere *M* 6 scis] scir*(e *ras.*) *A* habere te corpus *L* te habere te corpus *M* te corpus h. *p* 7 te scis *p* 10 complacendum *p* 11 quale*(s *ras.*) *A* quaeramus *Lp* 12 ex *in ras. m1 A* 13 pos*se (e, *ut uidetur, m1*) *A* 14 orum *A* 15 se*A* posset *LM edd.* posset *post* uideri *exhibet M* 17 nonsnisi *A* pertinere *M* 19 assentiebatur *Mm1* trigetium *A* 20 ego] ergo *Mam* pro edacitate mea non creui *p* modo *Am1* 22 minora essent] minorarentur *M* 23 peccoribus *AM* 24 dubitat] d. inquit *Mm2* marcescere *Mp* macrescere *m* 25 macescere—decrescere *om. M* 26 id *add. Am1 s.l.* 28 censuerunt ita esse *p*

8. Quid ergo anima? inquam; nullane habet alimenta propria? an eius esca scientia uobis uidetur? — Plane, inquit mater, nulla re alia credo ali animam quam intellectu rerum atque scientia. — De qua sententia cum Trygetius dubium se ostenderet: Hodie, inquit illa, tu ipse nonne docuisti, unde aut ubi anima pascatur? nam post aliquantam prandii partem te dixisti aduertisse, quo uasculo uteremur, quod alia nescio qua cogitasses, nec tamen ab ipsa ciborum parte abstinueras manus atque morsus. ubi igitur erat animus tuus, quo tempore illud te uescente non adtendebat? inde, mihi crede, et talibus epulis animus pascitur, id est curis et cogitationibus suis, si per eas aliquid percipere possit. — De qua re cum dubitanter streperent: Nonne, inquam, conceditis hominum doctissimorum animos multo esse quam inperitorum quasi in suo genere pleniores atque maiores? — Manifestum esse dixerunt. — Recte igitur dicimus eorum animos, qui nullis disciplinis eruditi sunt nihilque bonarum artium hauserunt, ieiunos et quasi famelicos esse. — Plenos, inquit Trygetius, et illorum animos esse arbitror, sed uitiis atque nequitia. — Ista ipsa est, inquam, mihi crede, quaedam sterilitas et quasi fames animorum. nam quem ad modum corpus detracto cibo plerumque morbis atque scabie repletur, quae in eo uitia indicant famem, ita et illorum animi pleni sunt morbis, quibus sua ieiunia confitentur. etenim ipsam nequitiam matrem omnium uitiorum ex eo, quod nequicquam sit, id est ex eo, quod nihil sit, ueteres dictam esse uoluerunt. cui uitio quae contraria uirtus est, frugalitas nominatur. ut igitur haec a fruge, id est a fructu propter quandam animorum fecunditatem, ita illa ab sterilitate, hoc est a nihilo nequitia nominata est; nihil est enim omne, quod fluit, quod soluitur, quod liquescit et quasi semper perit. ideo tales homines

23 cf. Cic. Tusc. III 18

1 habent *Mm1* 2 nobis *M*, *om. p* alia re *M* 3 ali] ali*(a *ras.*) *A* 5 pascatur anima *M* 6 aliquantam (a *ult. ex* u) *A* non aduertisse *am* 7 qua] quae *Am2M edd.* 8 adque *A* ergo *p* 9 uescentem *M* 10 curis (u *ex* a *corr.*) *A* theoriis *LM edd.* 11 si per] super *L* si super *M* uel si super *p* posset *LMp* 12 numne *M* 16 famelicas *L* esse *om. p* 17 uiciis *A* 18 ista *om. M* inquam mihi est crede *p* crede mihi *am* sterelitas *A* 20 morbo *M* repletur (r *alt. ex* s) *A* uitia] uiuam *M* 21 et *ante* ita (*ras. A* 23 *nequicquam (q *ras.*, c *m2*) *A* nec quicquam *LMp* id est—sit *om. M* 26 ab] a *M* 27 *alt.* est *om. M* 28 periit *Mm1*

etiam perditos dicimus. est autem aliquid, si manet, si constat, si semper tale est, ut est uirtus. huius magna pars est atque pulcherrima, quae temperantia et frugalitas dicitur. sed si hoc obscurum est, quam ut id iam uos uidere possitis, certe illud conceditis. quia, si animi inperitorum etiam ipsi pleni sunt, ut corporum, ita animorum duo alimentorum genera inueniuntur, unum salubre atque utile, alterum morbidum atque pestiferum.

9. Quae cum ita sint, arbitror die natali meo, quoniam duo quaedam esse in homine conuenit inter nos, id est corpus atque animam, non me prandium paulo lautius corporibus nostris solum sed animis etiam exhibere debere. quod autem hoc sit prandium, si esuritis, proferam. nam si uos inuitos et fastidientes alere conabor, frustra operam insumam magisque uota facienda sunt, ut tales epulas potius quam illas corporis desideretis. quod eueniet, si sani animi uestri fuerint; aegri enim, sicut in morbis ipsius corporis uidemus, cibos suos recusant et respuunt. — Omnes se uultu ipso et consentiente uoce quidquid praeparassem iam sumere ac uorare uelle dixerunt.

10. Atque ego rursus exordiens: B e a t o s n o s e s s e u o l u m u s, inquam. — Uix hoc effuderam, occurrerunt una uoce consentientes. — Uideturne uobis, inquam, beatus esse, qui quod uult non habet? — Negauerunt. — Quid? omnis, qui quod uult habet, beatus est? — Tum mater: Si bona, inquit, uelit et habeat, beatus est, si autem mala uelit, quamuis habeat, miser est. — Cui ego arridens atque gestiens: Ipsam, inquam, prorsus, mater, arcem philosophiae tenuisti. nam tibi procul dubio uerba defuerunt, ut non sicut Tullius te modo panderes, cuius de hac sententia uerba ista sunt. nam in Hortensio, quem de laude ac defensione philosophiae librum

19 Cic. Hort. frag. 36 Müller. Tusc. V 28

1 perditos esse *M* 2 huius *A* cuius *LMam* cui *p* 3 obscurius *m* 4 quã (ã *in ras.*) *A* id iam *in ras m1A* uidere uos *p* 6 uinum salubre *p* 7 pestisterum *A* 8 quaedam duo *M* 9 est *om Mm* atque] et *M* 10 paulo lautius] paulo latius *A* paulatius uideo *L* paulo lautius uideo *M* 11 sed] sed etiam (*om.* etiam *seq.*) *M* sed et *am* 13 insumam operam *M* op. in summam *L* op. consumam *a* ut tales] utiles *Lm1* 18 uelle *om. LMp* 19 esse uos *am* uolumus (m *ex* s *m1*) *A* 20 *hoc (h *ras.*) *A* 21 inquam *om. M* 23 ue*lit *A* et habeat—uelit *om. M* 25 mater inquam prorsus *p* 27 modo *ex* mundo *corr. m1A* de* *A* 28 ortensio *A* hostensio *L* philosophiae *om. M*

fecit: ecce autem, ait, non philosophi quidem, sed promti tamen ad disputandum omnes aiunt esse beatos, qui uiuant ut ipsi uelint. falsum id quidem; uelle enim quod non deceat, id est ipsum miserrimum. nec tam miserum est non adipisci quod uelis, quam adipisci uelle quod non oporteat. plus enim mali prauitas uoluntatis adfert quam fortuna cuiquam boni. — In quibus uerbis illa sic exclamabat, ut obliti penitus sexus eius magnum aliquem uirum considere nobiscum crederemus me interim, quantum poteram, intellegente, ex quo illa et quam diuino fonte manarent. — Et Licentius: Sed dicendum, inquit, tibi est, ut beatus sit quisque, quid uelle debeat et quarum rerum eum oporteat habere desiderium. — Inuita me, inquam, natali tuo, quando dignaberis; quidquid apposueris libenter sumam. qua conditione hodie apud me ut epuleris, peto nec flagites, quod fortasse non est paratum. — Quem cum modestae ac uerecundae commonitionis suae paeniteret: Ergo illud, inquam, conuenit inter nos, neque quemquam beatum esse posse, qui quod uult non habet, neque omnem, qui quod uult habet, beatum esse? — Dederunt.

11. Quid illud? inquam, conceditis omnem, qui beatus non sit, miserum esse? — Non dubitauerunt. — Omnis igitur, inquam, qui quod uult non habet, miser est. — Placuit omnibus. — Quid ergo sibi homo conparare debet, ut beatus sit? inquam; forte enim etiam hoc isti nostro conuiuio subministrabitur, ne Licenti auiditas neglegatur; nam id, opinor, ei conparandum est, quod cum uult habet. — Manifestum esse dixerunt. — Id ergo, inquam, semper manens nec ex fortuna pendulum nec ullis subiectum casibus esse

1 Cic. Hort. frag. 39 Müller. cf. Aug. de trin. XIII 5, 8

2 prompti *LM* 3 beatos esse *M* 5 id est *AL* id *M* idem *edd.* miserrimi *p* *alt.* miserrimum *M* 6 adipissci (c *add. m2*) *A* 7 prauitas mali *p* 8 uoluntas *M* 9 sic illa *M* obliti*(s *ras.*) *A* 10 considerare *L* 11 interim] in tantum *M* 12 sed (d *m2*) *A* tibi est inquit *p* 14 habere *om. M* 15 dignaueris *ALM* 16 nec] ne *p* non est fortasse *p* 17 commotionis *L* petitionis *M* 19 posse esse *p* neque—habet *om. LMm1ap* neque omnem] et *Mm2 in mg.* 20 esse (se *m2*) *A* non esse *p* 21 inceditis *A* sit] est *edd.* 25 hoc etiam et isti *p* licentii *Am2LM edd.* 26 illud *p*

debet. nam quidquid mortale et caducum est, non potest a nobis, quando uolumus et quamdiu uolumus, haberi. — Adsentiebantur omnes, sed Trygetius: Sunt, inquit, multi fortunati, qui eas ipsas res fragiles casibusque subiectas tamen iucundas pro hac uita cumulate largeque possideant nec quicquam illis eorum quae uolunt desit. — Cui ego: Qui timet, inquam, uideturne tibi beatus esse? — Non uidetur, inquit. — Ergo quod amat quisque si amittere potest, potestne non timere? — Non potest, inquit. — Amitti autem possunt illa fortuita. non igitur hoc qui amat et possidet, potest ullo modo beatus esse. — Nihil repugnauit. hoc loco autem mater: Etiamsi securus sit, inquit, ea se omnia non esse amissurum, tamen talibus satiari non poterit. ergo et eo miser, quo semper est indiguus. — Cui ego: Quid, si, inquam, his omnibus abundans rebus atque circumfluens cupiendi modum sibi statuat eisque contentus decenter iucundeque perfruatur, nonne tibi uidetur beatus? — Non ergo, inquit, illis rebus, sed animi sui moderatione beatus est. — Optime, inquam, nec huic interrogationi aliud nec abs te aliud debuit responderi. ergo nullo modo dubitamus, si quis beatus esse statuit, id eum sibi conparare debere, quod semper manet nec ulla saeuiente fortuna eripi potest. — Hoc, inquit Trygetius, iam dudum consensimus. — Deus, inquam, uobis aeternus esse semper manens uidetur? — Hoc quidem, inquit Licentius, ita certum est, ut interrogatione non egeat, ceterique omnes pia deuotione concinuerunt. — Deum igitur, inquam, qui habet, beatus est.

12. Quod cum gaudentes libentissime acciperent: Nihil ergo, inquam, nobis iam quaerendum arbitror esse nisi, quis hominum habeat deum; beatus enim profecto is erit. de quo quaero, quid uobis

2 et quamdiu uolumus *om. LMp* asentiebautur *Am1* 3 omnesque *p* *****ipsas (ipsas *eras.*) *A* 4 iocundas *A* 5 quae *LM* quod *A* 7 *alt.* potest *add. m2 A* 9 haec *edd.* 10 autem *om. M* 12 indig*us (u *ras.*) *A* indiguius *M* indigus *Lam* indignus *p* 13 quid si] quid *LM edd.* habundans *A* abhundans *M* 14 cupiendi] si cupiendi *edd.* si sibi *M* iocundeque *AM* 15 non] nonne *p* 16 rebus illis *LMp* 17 *pr.* ne *LM* *huic (c *ras.*) *A* 18 id eum] idē *Am1* ideum (um *Am2*) 21 semper manens] ee*permanens (m *ras.*) *A* 22 quidem *om. p* **certum (in *ras.*) *A* interrogationē *Am1* 23 egeret *Aa* non egeat—deuotione *om. LMm1p* continuerit *p* 26 uobis *M* esse arbitror *m* nisi] si *LMp* 27 enim] ergo *L*, *om. p* *is (h *ras.*) *A* is profecto *M*

uideatur. — Hic Licentius: Deum habet, qui bene uiuit. — Trygetius: Deum habet, inquit, qui facit quae deus uult fieri. — In cuius sententiam Lartidianus concessit. puer autem ille minimus omnium: Is habet deum, ait, qui spiritum inmundum non habet. — Mater uero omnia, sed hoc maxime adprobauit. Nauigius tacebat. quem cum interrogassem quid sentiret, illud ultimum sibi placere respondit. nec Rusticum percontari uisum est neglegendum, quaenam esset de re tanta eius sententia; qui mihi uidebatur non deliberatione magis quam pudore inpeditus silere. Trygetio consensit.

**13.** Tum ego: Teneo, inquam, omnium placita de re magna sane et ultra quam nec quaeri quicquam oportet nec inueniri potest, si modo eam, ut coepimus, serenissime ac sincerissime inuestigemus. quod hodie quia longum est et habent in epulis suis et animi quandam luxuriem, si ultra modum in eas et uoraciter inruant — ita enim male quodam modo digerunt; unde ualetudini mentium non minus quam ab illa ipsa fame metuendum est — melius nos haec quaestio cras esurientes, si uidetur, accipiet. illud modo libenter ligurriatis uolo, quod subito mihi ministratori uestro in mentem suggestum est inferendum, et est, ni fallor — qualia solent ultima adponi — quasi scholastico melle confectum atque conditum. — Quo audito sese omnes quasi in elatum ferculum tetenderunt coagitaueruntque, ut dicere properarem, quidnam id esset. — Quid, inquam, putatis nisi cum Academicis totum, quod susceperamus, confectum esse negotium? — Quo accepto nomine tres illi, quibus res nota erat, sese erexerunt alacrius et uelut porrectis, ut fit, manibus inferentem ministrum adiuuerunt quibus potuerunt uerbis, nihil se iucundius audituros esse monstrantes.

1 trygecius *A* 2 uult deus *p* sententia *ALMp* 3 larcidianus *AM* lastidianus *p* concessit (c *alt. ex* s) *A* minimus ille *M* 4 his *A* 6 illum *Mm1p* placere sibi *LMp* 7 percunctari *Mm1* uisum est negl. percuntari *p* 8 non] quod non *LMp* 9 quam] ne quam de *Lm1* quam ne *Mp* sileret *LMap* trygecio* (s *ras.*, o *ex* u *corr. m2*) *A* 11 quicquam *om. p* inueni *Mm1* si] et si *p* 12 uti *Mam* sencerissime *A* 13 habet *Mm1* et animi *om. M* 14 ueraciter *Lm1M* 15 ualitudini *Mp* 16 ipsa fame (f *ex* s *m2*) *A* 17 accipiaet *A* illud (ll *ex* d *m1*) *A* li*guriatis (r *s.* r) *M* 18 suggestum (*pr.* g *ex* b *m1*) *A* 19 nisi *Mm* 20 scolastico *M* audito (t *ex* s *corr.*) *A* 21 coagitaueruntque *A* coegeruntque *L edd.* cogeruntque *M* 22 esset (t *ex* m *m1*) *A* 23 quod (q *ex* s) *A* susciperamus *A* sup°ramus *Mm1* 24 quod *L* 26 adinuenerunt *p* iocundius** *A*

14. Tum ego ita rem posui: Si manifestum est, inquam, beatum non esse, qui quod uult non habet — quod paulo ante ratio demonstrauit — nemo autem quaerit, quod inuenire non uult, et quaerunt illi semper ueritatem — uolunt ergo inuenire, uolunt igitur habere inuentionem ueritatis — at non inueniunt, sequitur eos non habere quod uolunt, et ex eo sequitur etiam beatos non esse. at nemo sapiens nisi beatus: sapiens igitur Academicus non est. — Hic repente illi quasi totum rapientes exclamauerunt. sed Licentius adtentius et cautius aduertens timuit adsensionem atque subiecit: Rapui quidem uobiscum, si quidem exclamaui illa conclusione commotus. sed nihil hinc admittam in uiscera et partem meam seruabo Alypio; nam aut simul eam mecum lambet aut admonebit, cur non oporteat adtingere. — Dulcia, inquam, magis metuere Nauigius deberet splene uitioso. — Hic ille arridens: Plane me, inquit, talia sanabunt. nam nescio quo modo contortum hoc et aculeatum, quod posuisti, ut ait ille de melle Hymetio, acriter dulce est nihilque inflat uiscera. quare totum etiam palato aliquantum remorso tamen, ut possum, libentissime in medullas traicio. non enim uideo, quomodo redargui possit ista conclusio. — Prorsus nullo modo potest, inquit Trygetius; quare gaudeo iam diu cum illis me inimicitias suscepisse. nam qua nescio inpellente natura uel, ut uerius dicam, deo etiam nesciens, quomodo refellendi essent, tamen eis nimis aduersabar.

15. Hic Licentius: Ego, inquit, illos nondum desero. — Ergo, ait Trygetius, dissentis a nobis? — Numquidnam, ille inquit, uos ab Alypio dissentitis? — Cui ego: Non dubito, inquam, quin, si

15 cf. Cic. Hort. frag. 89 Müller

1 rem ita ego *p* proposui *edd.* 2 id quod (id *m2*) *M* 3 illis *A* 4 *pr.* nolunt *A* 5 inueni ut *A* 6 etiam *om. M* esse non esse *Mm1* esse non posse *Mm2* at] aut *A* an *L* 8 sapientes *Am1* 9 ascensionem *M* rapuit *A* 10 si quid *M* 11 uiscerā *A* 12 mecum eam *M* lambiet *L* capiet *M* aut admonebi *Am1* autem mouebit *L* aut (me *p*) mouebit *Mp* aut me admonebit *am* 13 nauigius metuere *p* spele (l *s.* p *m2*) *A* 14 uitioso (o *alt. in ras.*) *A* hinc *M* inquit me *am* 15 ait (a *in ras.*) *A* 16 melle ymetio *M* melles metio *A* 17 toto *M* remorsu *L* remorsum *M* 18 in *om. LM* traitio *A* 19 ullo *L* ait potest *p* inquit *om. Mp* trigetius *A* tragetius *L* 20 ille *p* me *om. M* 22 eis nimis] animis *A*, *an scribendum* animo eis nimis? aduersabant *A* 24 dissentis a nobis *Am2 s.l.* nunquitnam *Am1* illo *M* 25 alipio *A* alippio *M*

adesset Alypius, huic ratiunculae cederet. non enim tam absurde sentire poterat, ut aut beatus illi uideretur, qui tantum bonum animi, quod ardentissime habere uellet, non haberet, aut illos uolle inuenire ueritatem aut eum, qui beatus non sit, esse sapientem; nam his tribus quasi melle farre atque nuculeis illud quod metuis gustare confectum est. — Illene huic tam prauae puerorum inlecebrae cederet Academicorum tanta ubertate deserta, qua inundante hoc nescio quid breue aut obruetur aut pertrahetur? — Quasi uero, inquam, longum aliquid nos quaeramus praesertim aduersus Alypium; nam non mediocriter parua ista esse fortia et utilia satis sibi ipse de tuo corpore argumentatur. tu autem, qui elegisti de absentis auctoritate pendere, quid horum non probas? utrum beatum non esse, qui quod uult non habet? an illos negas uelle habere inuentam ueritatem, quam uehementer inquirunt? an uidetur tibi quisquam sapiens non beatus? — Prorsus beatus est, inquit, qui quod uult non habet, quasi stomachanter arridens. quod cum iuberem ut scriberetur: Non dixi, inquit exclamans. quod item cum annuerem scribi: Dixi, inquit. atque ego semel praeceperam, ut nullum uerbum praeter litteras funderet. ita adulescentem inter uerecundiam atque constantiam exagitatum tenebam.

16. Sed cum his uerbis eum iocantes quasi ad uescendam particulam suam prouocamus, animaduerti ceteros rei totius ignaros et scire cupientes, quid inter nos solos tam iucunde ageretur, sine risu nos intueri. qui mihi prorsus similes uisi sunt — quod plerumque solet — his, qui cum epulantur inter auidissimos rapacissimosque conuiuas, a rapiendo uel grauitate sese abstinent uel pudore terrentur. et quia ego inuitaueram et magni cuiusdam hominis personam atque, ut totum explicem, ueri hominis etiam in illis epulis

1 ratiuncula aecederet (e *pr. ex* c *m2*) *A* tam *om. M* 2 ille *Mm* 3 habere *om. M* uellet habere *am* 4 eum *om. LMp* 5 nucleis *M edd.* 6 illene] illene inquit *edd.* parue *LMp* 8 protrahetur *p* 10 utilia] uilia *A* ipse] esse *M* 11 tuo *A* suo *LM edd.* argumentaretur *edd.* 12 orum *A* 13 quod] id q. *M* 15 inquit beatus est *Lp* i. b. est quid beatus est *M* 16 sthomacanter *A* dixit *ALM* 17 *pr.* inquit *om. M* annuerent *L* asscribi *M* 19 funderetur *m* adolescente *M* 22 prouocaremus *edd.* 23 et] sed *edd.* solos—risu *om. M* 24 intueri (i *alt. ex* o *m2*) *A* 25 solet] fieri solet *m* iis *m* quicumque *M* 26 abstineant *M* terrent *M* 27 inuit*auerani *A* magni] in m. *M*

inuitatorem sustinere docuisti, commouit me illa inaequalitas mensae nostrae et discrepantia. adrisi matri. atque illa liberrime, quod minus habebant, quasi de suo cellario promendum imperans: Iam dic nobis, inquit, et redde, qui sint isti Academici et quid sibi uelint. — Cui breuiter cum exposuissem aperteque ita, ut nemo illorum ignarus abscederet: Isti homines, inquit, caducarii sunt — quo nomine uulgo apud nos uocantur, quos comitialis morbus subuertit — et simul surrexit, ut abiret. atque hic omnes laeti ac ridentes interposito fine discessimus.

III. 17. Postridie autem, cum item post prandium sed aliquanto quam pridie serius idem ibidemque consedissemus: Tarde, inquam, uenistis ad conuiuium; quod uobis non cruditate accidisse arbitror, sed paucitatis ferculorum securitate, quod non tam mature adgrediendum uisum est, quod cito uos peresuros putastis. non multum enim reliquiarum credendum erat remansisse, ubi die ipso atque sollemnitate exiguum repertum erat. fortasse recte. sed quid uobis praeparatum sit, ego quoque uobiscum nescio. alius est enim, qui omnibus cum omnes tum maxime tales epulas praebere non cessat, sed nos ab edendo uel inbecillitate uel saturitate uel negotio plerumque cessamus; quem manentem in hominibus beatos eos facere inter nos heri, nisi fallor, pie constanterque conuenerat. nam cum ratio demonstrasset eum beatum esse, qui deum haberet, nec huic quisquam uestrum sententiae restitisset, quaesitum est, quid uobis uideretur deum habere. de qua re, si bene memini, tres sententiae dictae sunt. nam partim placuit deum habere illum, qui ea faceret quae deus uellet; quidam autem dixerunt quod is deum

1 inuitatorum *L* inuitatorem gerebam *m* inuitatorem alias personam gerebam *a* sustinere docuisti] sustinere non potui *am* commouitque *edd.* me *om.M* 2 discrepentia *Mm1* 4 sunt *M* quid] qui *A* 6 inquam *A* 7 nos] eos *Migne* 8 ut *ex* ul *m1A* hic *om.M* 10 post tridie *AM* post *om.L* item post prandium] tempus prandii *M* sed] se *A* aliquantulum *M* 11 idem ibidemque] ibidem *M* 12 quod] quam *L* crudelitate *LMm2* credulitate *Mm1* accedisse *A* 13 tam *om M* 16 exiguum] tam exiguum *LM edd.* reppertum *A* 17 enim est *M* 18 cum omnes] qui omnes *L* cum (eum *p*) uel communes *ap* 20 omnibus *M* 21 ni *m* 23 quid] quinam *Lap* quisnam *Mm* uideretur nobis *p* 25 parti *am* 26 dixerant *a* his *A*

haberet, qui bene uiueret; reliquis uero in eis deus esse uisus est, in quibus inmundus qui appellatur spiritus non est.

18. Sed fortasse omnes diuersis uerbis unum idemque sensistis. nam, si duo prima consideremus, et omnis, qui bene uiuit, ea facit, quae uult deus, et omnis, qui ea facit, quae uult deus, bene uiuit nec quicquam est aliud bene uiuere quam ea facere, quae deo placeant, nisi quid uobis aliud uidetur. — Adsentiebantur. — Tertium uero illud paulo diligentius considerandum est propterea, quod ritu castissimorum sacrorum spiritus inmundus, quantum intellego, duobus modis appellari solet, uel ille, qui extrinsecus animam inuadit sensusque conturbat et quendam hominibus infert furorem, cui excludendo qui praesunt, manum inponere uel exorcizare dicuntur, hoc est per diuina eum adiurando expellere; aliter autem dicitur spiritus inmundus omnis omnino anima inmunda, quod nihil est aliud quam uitiis et erroribus inquinata. itaque ex te quaero, tu puer, qui fortasse aliquanto sereniore ac purgatiore spiritu istam sententiam protulisti, qui tibi uideatur inmundum spiritum non habere, illene, qui daemonem non habet, quo uesani homines fieri solent, an ille, qui animam suam iam a uitiis omnibus peccatisque mundauit? — Is mihi uidetur, inquit, spiritum inmundum non habere, qui caste uiuit. — Sed castum, inquam, quem uocas? eumne, qui nihil peccat, an eum tantum, qui ab inlicito concubitu temperat? — Quomodo, inquit, castus potest esse, si ab inlicito tantum concubitu sese abstinens ceteris peccatis non desinit inquinari? ille est uere castus, qui deum adtendit et ad ipsum solum se tenet. — Quae uerba pueri sicut dicta erant cum conscribi mihi placuisset: Is ergo, inquam, necesse est bene uiuat

1 reliqui *L* esse deus *M* 2 qui inmundus *Mam* appellatur imm. *p* non est spiritus *L* 3 consensistis *M* 7 aliud] aliquid *A* 9 ritu*(s *ras.*) *A* sacrorumque spirituum spiritus *ap* 11 inuadit animam *m* 12 possunt *M* 13 diuinam *Am1M* expellere] e. potentiam *M* 14 inmundus sp. *et* inmunda a. *M* 16 ex *A* abs *LM edd.* forte *M* seniore *M* 17 quis *m* 19 iam *A*, *om.LMm* 20 omnibusque peccatis *edd.* his *Am1* immundum spiritum *m* spiritum *om.M* 22 eum *M* tantum *post* inlicito *exhib. Mm* 23 temperet *m* 24 si *A* qui *LM edd.* sese abstinet *M* abstinens sese *edd.* 26 cum plac. mihi conscribi *M* 27 placuisset] pl. haec ultima *A* his *A*, *om.LMp* ut bene *edd.*

et qui bene uiuit, necessario talis est, nisi quid tibi aliud uidetur. — Concessit cum ceteris. — Ergo una est hic, inquam, dicta sententia.

19. Sed illud a uobis paululum quaero, uelitne deus, ut homo deum quaerat. — Dederunt. — Item quaero: numquidnam possumus dicere illum, qui deum quaerit, male uiuere? — Nullo modo, dixerunt. — Etiam hoc tertium respondete: spiritus inmundus potestne deum quaerere? — Negabant aliquantum dubitante Nauigio, qui postea ceterorum uocibus cessit. — Si igitur, inquam, qui deum quaerit, id facit, quod deus uult, et bene uiuit et spiritum inmundum non habet, qui autem quaerit deum, nondum habet deum, non igitur quisquis aut bene uiuit aut quod uult deus facit aut spiritum inmundum non habet, continuo deum habere dicendus est. — Hic cum se ceteri concessionibus suis deceptos riderent, postulauit mater, cum diu stupida fuisset, ut ei hoc ipsum, quod conclusionis necessitate intorte dixeram, explicando relaxarem atque soluerem. quod cum factum esset: Sed nemo, inquit, potest peruenire ad deum, nisi deum quaesierit. — Optime, inquam; tamen qui adhuc quaerit, nondum ad deum peruenit et iam bene uiuit. non igitur quisquis bene uiuit, deum habet. — Mihi, inquit, uidetur deum nemo non habere, sed eum qui bene uiuunt, habent propitium, qui male, infestum. — Male igitur, inquam, hesterno die concessimus eum beatum esse, qui deum habet, si quidem omnis homo habet deum nec tamen omnis homo beatus est. — Adde ergo, inquit, propitium.

20. Saltem, inquam, hoc inter nos satis constat, eum beatum esse, qui habet propitium deum? — Uellem, inquit Nauigius, consentire, sed illum uereor, qui adhuc quaerit, praesertim ne concludas beatum esse Academicum, qui hesterno sermone uulgari quidem et male Latino, sed aptissimo sane, ut mihi uidetur, uerbo caducarius nominatus est. non enim possum dicere homini deum quaerenti aduersum deum esse. quod si dici nefas est, propitius erit, et qui propitium deum

1 *talis *A* quod *L* uideatur *p* 2 consensit *a* ergo inquam una *M* 3 a *om. L* paululum a uobis *Mp* 9 facit** *A* inmundum spiritum *M* 10 deum quaerit *am* 11 uiuat *L* 13 credendus *Mm* 14 rederent *Am1* uiderent *p* 19 et iam *AL* etiamsi *M edd.* 21 uiuit *M edd.* habet *edd.* 22 externo *a* 23 deum habet *am* 24 26 propicium *A* 25 saltim *A* hoc] hunc *p* esse beatum (*om.* eum) *p* 27 ilum (u *ex* a *m1*) *A* 30 possumus *LMp* 31 *all.* propium (*corr. m2 s.l.*) *A* deum habet propicium *p*

habet, beatus est. beatus ergo erit ille, qui quaerit; omnis autem quaerens nondum habet quod uult: erit igitur beatus homo, qui quod uult non habet, quod heri omnibus nobis uidebatur absurdum, unde credebamus Academicorum tenebras esse discussas. quare iam de nobis Licentius triumphabit mihique illa dulcia, quae contra ualitudinem meam temere accepi, has de me poenas exigere quasi prudens medicus admonebit.

21. Hic, cum etiam mater adrisisset: Ego, inquit Trygetius, non concedo continuo deum aduersari, cui non sit propitius, sed esse aliquid medium puto. — Cui ego: Istum tamen hominem, inquam, medium, cui nec propitius deus est nec infestus, deum quoquo modo habere concedis? — Hic, cum ille cunctaretur: Aliud est, inquit mater, deum habere, aliud non esse sine deo. — Quid ergo, inquam, melius est, utrum habere deum an non esse sine deo? — Quantum possum, inquit, intellegere, ista est sententia mea: qui bene uiuit, habet deum, sed propitium, qui male, habet deum, sed aduersum, qui autem adhuc quaerit nondumque inuenit, neque propitium neque aduersum, sed non est sine deo. — Haecine, inquam, uestra etiam sententia est? — Hanc esse dixerunt. — Dicite mihi, quaeso, inquam, non uobis uidetur esse homini deus propitius, cui fauet? — Esse confessi sunt. — Non ergo, inquam, fauet deus quaerenti sese homini? — Responderunt fauere. — Habet igitur, inquam, qui deum quaerit, deum propitium et omnis, qui habet deum propitium, beatus est. beatus est ergo et ille, qui quaerit. qui autem quaerit, nondum habet quod uult. erit igitur beatus, qui quod uult non habet. — Prorsus, inquit mater, non mihi uidetur beatus esse, qui quod uult non habet. — Ergo, inquam, non omnis, qui habet deum propitium, beatus est. — Si hoc cogit ratio, inquit, non possum negare. — Ista igitur, inquam, distributio erit, ut omnis, qui iam deum inuenit, et propitium deum habeat et beatus sit, omnis autem, qui deum quaerit, propitium

1 erit *om. LMp* 3 nobis omnibus *edd.* 4 discussas (a *ex* u *m1*) *A* 5 mihique] nihilque *a Mique* 6 meam *om. M* 8 etiam cum *p* mater***** (mater *eras.*) *A* 9 continuo concedo *M* 10 aliquod *p* puto (u *ex* a *m2*) *A* 11 deus propitius *am* quomodo *a* 12 hoc *M* 13 ergo] igitur *M* inquit *L* 14 inquit possum *am* 15 sententiā ea *A* 18 haeccine *edd.* nostra (*om.* etiam) *p* 19 quaero *A* 22 fauet *M edd.* deum qui *p* 23 est *om. LMp* 25 prorsus—26 habet *add. Am2 in mg.* 26 mihi *om. L* uidetur mihi *p* beatus] nisi beatus *L* 29 iā*deum *A*

deum habeat sed nondum sit beatus, iam uero quisquis uitiis atque peccatis a deo se alienat, non modo beatus non sit sed ne deo quidem uiuat propitio.

22. Quod cum placuit omnibus: Bene habet, inquam, sed adhuc illud uereor, ne uos moueat quod iam superius concesseramus, miserum esse quisquis beatus non esset; cui consequens erit esse miserum hominem, qui ****** aliquem beatum. an uero, quod ait Tullius, multorum in terris praediorum dominos diuites appellamus, omnium uirtutum possessores pauperes nominabimus? sed illud uidete, utrum, quomodo uerum est, quod omnis egens miser sit, ita sit uerum, quod omnis miser egeat. ita enim erit uerum nihil esse aliud miseriam quam egestatem, quod me nunc, cum diceretur, laudare sensistis. hoc autem hodie longum, ut quaeramus; quare peto, ne fastidio uobis sit ad istam mensam cras etiam conuenire. — Quod cum omnes se libentissime habere dixissent, surreximus.

IV. 23. Tertius autem dies disputationis nostrae matutinus nubes, quae nos cogebant in balneas, dissipauit tempusque pomeridianum candidissimum reddidit. placuit ergo in pratuli propinqua descendere atque omnibus nobis, ubi commodum uisum est, considentibus reliquus ita sermo peractus est: Omnia paene, inquam, quae interroganti mihi concedi a uobis uolui, habeo ac teneo; quare hodierno die, quo possumus tandem hoc nostrum conuiuium aliquo interuallo dierum distinguere, aut nihil aut non multum erit, ut opinor, quod mihi uos respondere necesse sit. dictum enim erat a matre nihil esse aliud miseriam quam egestatem conuenitque inter

7 Cicero in Hortensio, cf. Usener, Gött. gel. Anz. 1892 p. 381

1 uiciis *A* 4 placuisset *Am2L* habes *A* 6 esset] sit *M edd.* 7 mirum homine *A* *lacunam indicaui col. Retract. I 2, 4;* qui pro tem aliquem beatum *A* qui pro te et ibi sic habet aliquem beatum *LM* qui beatus non est *p* qui propitium tenet deum, quem adhuc deum quaerentem nondum diximus esse beatum *am* 11 sit] est *p* 12 ita sit *om. L* 13 aliud esse *am* miserim *L* cum *om A spatio uacuo relicto* 14 longum] l. est *Am2 s.l.* 15 fastidium *p* 16 se *om. AM* 17 matutinas *M edd.* 18 tempusquę *A* promeridianum *ALp* 19 credidit *Lp* in pratuli] infra tuli *L* infra tulli *M* 20 commode *p* 21 reliqus *Am1* reliquis *L* peractus *L* paratus *A* protractus *M* perstratus *m* 22 mihi interroganti *p* *ac (h *ras.*) *A* 23 possimus *LMam* aliquod *L* 24 dierum interuallo *p* 26 aliud esse *am*

nos, qui egeant miseros esse. sed utrum omnes etiam miseri egeant, nonnulla quaestio est, quam hesterno die non potuimus explicare. hoc autem ita se habere si ratio demonstrauerit, perfectissime inuentum est, qui sit beatus; erit enim ille, qui non eget. omnis enim non miser beatus est; ergo beatus est, qui egestate caret, si quam dicimus egestatem eandem miseriam esse constiterit.

24. Quid enim? ait Trygetius, non potest ex eo iam confici omnem non egentem beatum esse, quo manifestum est omnem, qui egeat, esse miserum? nam concessisse nos memini nihil esse medium inter miserum et beatum. —Aliquidne, inquam, inter mortuum et uiuum tibi medium uidetur esse? nonne omnis homo aut uiuus aut mortuus est? — Fateor, inquit, neque hic esse aliquid medium; sed quorsum istuc?— Quia, inquam, etiam illud te fateri credo, omnem, qui ante annum sepultus est, esse mortuum. — Non negabat. — Quid? omnis, qui ante annum sepultus non est, uiuit? — Non, ait, sequitur. — Ergo, inquam, non sequitur, ut, si omnis qui eget miser est, omnis qui non eget sit beatus, quamuis inter miserum et beatum ut inter uiuum et mortuum medium nihil inueniri queat.

25. Quod cum aliqui eorum paulo tardius intellexissent me id quibus potui uerbis ad eorum sensum adcommodatis aperiente atque uersante: Ergo, inquam, miserum esse omnem, qui egeat, dubitat nemo nec nos terrent quaedam sapientium corpori necessaria. non eis eget ipse animus, in quo posita est beata uita. ipse enim perfectus est; nullus autem perfectus aliquo eget et, quod uidetur corpori necessarium, sumet, si adfuerit, si non adfuerit, non eum istarum rerum franget inopia. omnis namque sapiens fortis est, nullus autem fortis aliquid metuit: non igitur metuit sapiens aut mortem corporis aut dolores, quibus pellendis uel uitandis uel differendis sunt neces-

23 cf. Retr. I 2, 4

1 qui *A* omnes qui *LM edd.* etiam omnes *p* 4 enim erit *Am1* 5 beatus ergo est *am* egestate*(m *ras.*) *A* 7 qui *Lp* 9 consensisse *LM* nos (n *ex* m) *A* medium *Am2 in ras.* 13 *quorsum *A* cursum *L* istud *LMm1 edd.* quia***** (illud *eras.*) *A* istud *edd.* 14 sepultum (*om.* est) *L* non negabat—non ait *add. Am2 in mg.* 15 *alt.* non] nam *ex* non *m2 A* 18 uiuum (u *alt. ex* n *m2*) *A* inuenire *L* 19 aliquid *Am1* 20 id *ex* in *m1A* 22 nec] ne *Am1* non *A* non enim *LM edd.* 23 eget eis *p* positas *Am1* uita beata *am* 26 frangit *A*

saria illa, quorum ei potest contingere inopia. sed tamen non desinit eis bene uti, si ipsa non desunt. uerissima est enim illa sententia:

nam tu quod uitare possis, stultum admittere est.

uitabit ergo mortem ac dolorem, quantum potest et quantum decet, ne, si minime uitauerit, non ex eo miser sit, quia haec accidunt, sed quia uitare eum posset, noluit, quod manifestum stultitiae signum est. erit ergo ista non uitans non earum rerum perpessione, sed stultitia miser. si autem non ualuerit euitare, cum id sedulo ac decenter egerit, non eum ista inruentia miserum facient. etenim et illa eiusdem comici sententia non minus uera est:

quoniam non potest id fieri, quod uis,
id uelis, quod possis.

quomodo erit miser, cui nihil accidit praeter uoluntatem, quia, quod sibi uidet non posse prouenire, non potest uelle? habet enim rerum certissimarum uoluntatem, id est ut quidquid agit non agat nisi ex uirtutis quodam praescripto et diuina lege sapientiae, quae nullo ab eo pacto eripi possunt.

26. Iam nunc uidete, utrum etiam omnis, qui miser est, egeat. nam huic sententiae concedendae difficultatem illa res facit, quod multis in magna fortuitarum rerum copia constitutis, quibus ita facilia sunt omnia, ut ad eorum nutum praesto sit quidquid cupiditas poscit, difficilis quidem ista uita est. sed fingamus aliquem tamen, qualem Tullius fuisse dicit Oratam. quis enim facile dicat Oratam egestate laborasse, hominem ditissimum amoenissimum deliciosissimum, cui neque ad uoluptatem quicquam defuit neque ad gratiam

3 Ter. Eun. 761 12 Ter. Andr. 305 sq. 24 cf. Cic. Hort. frag. 76 Müller

1 inopia. sed] inopias & *A* 3 uitare] cauere *Terentius* amittere *L* 5 uitauit *L* 7 cum] non *L* cum uitare *p* 8 perpessionem *A* 9 uitare *p* 11 cōmici *A* sententia (*alt.* e *in ras. m1*) *A* 12 non *om. L* 13 possit *m Terentii libri, cf. ciu. dei XIV, 25. de trin. XIII 7, 10* 15 posse] possidet *Am1* 21 multis *cod. Trec. n. 40* multi *ALM edd.* constitutis *Trec.* constituti *A* constituti sunt *LM edd.* 22 nutu *A* 23 possit *Am1* aliquē (ē *ex* id *m2*) *A* tamen] talem *edd.* 24 oratum *LMap* dicat (a *ex* u *corr.*) *A* 25 egestatem *A* 26 neque ad] nequeat *Am1* uoluntatem *AM*

neque ad bonam integramque ualetudinem? nam et praediis quaestuosissimis et amicis iucundissimis, quantum libuit, abundauit et illis omnibus aptissime ad salutem corporis usus est eiusque, ut breuiter totum explicem, omne institutum uoluntatemque omnem successio prospera consecuta est. sed fortasse inquiet aliquis uestrum plus illum, quam habebat, habere uoluisse. hoc ignoramus. sed, quod satis est quaestioni, faciamus eum non desiderasse amplius, quam tenebat; uideturne uobis eguisse? — Etiamsi concedam, inquit Licentius, nihil eum plus desiderasse, quod in homine non sapiente nescio quomodo accipiam, metuebat tamen — erat enim, ut dicitur, ingenii non mali — ne illa omnia sibi uel uno aduerso impetu raperentur. non enim magnum erat intellegere talia cuncta, quantacumque essent, esse sub casibus constituta. — Tum ego arridens: Uides, inquam, Licenti, fortunatissimum istum hominem a beata uita ingenii bonitate inpeditum. quo enim erat acutior, eo uidebat illa omnia se posse amittere; quo metu frangebatur illudque uulgare satis adserebat infidum hominem malo suo esse cordatum.

27. Hic cum et ille et ceteri adrisissent: Illud tamen, inquam, diligentius adtendamus, quia, etsi timuit iste, non eguit, unde quaestio est. egere est enim in non habendo, non in timore amittendi quae habeas. erat autem iste miser, quia metuebat, quamuis non egeret. non igitur omnis, qui miser est, eget. — Quod cum adprobauisset cum ceteris etiam ipsa, cuius sententiam defendebam, aliquantum tamen addubitans: Nescio, inquit, tamen et nondum plane intellego, quomodo ab egestate possit miseria aut egestas a miseria separari. nam et iste, qui diues et locuples erat et nihil, ut dicitis, amplius desiderabat, tamen, quia metuebat ne amitteret, egebat sapientia. ergone hunc egentem diceremus, si egeret argento et pecunia, cum egeret sapientia, non dicemus? — Ubi cum omnes

1 ualitudinem *Mp*   praedis *L*   quaestuosissimis] qua est uosissimis *Am1* quę (*om. p*) studiosissimis *Lp*   2 et amicis iucundissimis *om. LMp*   habundauit *A*   3 eisque *LM*   breuiter *add. m. post. s.l. A*   4 *pr.* omnem *A* omni*s *ex* omniū *ras. A*   5 inquiet *in ras. m1A*   nostrum *p*   6 quod (o *ex* i *m2*) *A*   9 plus *om. m*   10 enim] uir *add. m*   13 tunc *LMp*   15 omnia illa *p*   16 a*mittere (m *ras.*) *A*   17 infidem *A* (d *ex* n *m1*) *La*   malo] multo *A*   18 illi *a*   19 quia] qui *m*   23 sententia *p*   dependebam *LMp*   24 aliquantulum *m*   25 plene *am*   28 sapiens *L*   29 et] uel *p*   egeret *om. p* diceremus *Mm*

mirando exclamassent me ipso etiam non mediocriter alacri atque laeto, quod ab ea potissimum dictum esset, quod pro magno de philosophorum libris atque ultimum proferre paraueram: Uidetisne, inquam, aliud esse multas uariasque doctrinas, aliud animum adtentissimum in deum? nam unde ista, quae miramur, nisi inde procedunt? — Hic Licentius laetus exclamans: Prorsus, inquit, nihil uerius, nihil diuinius dici potuit. nam et maior ac miserabilior egestas nulla est quam egere sapientia et, qui sapientia non eget, nulla re omnino egere potest.

28. Est ergo animi egestas, inquam, nihil aliud quam stultitia. haec est enim contraria sapientiae et ita contraria, ut mors uitae, ut beata uita miserae, hoc est sine aliquo medio. nam ut omnis non beatus homo miser est omnisque homo non mortuus uiuit, sic omnem non stultum manifestum est esse sapientem. ex quo et illud iam licet uidere, non ex eo tantum Sergium Oratam fuisse miserum, quod timebat, ne fortunae illa munera amitteret, sed quia stultus erat. quo fit, ut miserior esset, si tam pendulis nutantibusque his, quae bona putabat, nihil omnino metuisset. esset enim non fortitudinis excubiis sed mentis sopore securior et altiore stultitia demersius miser. at si omnis, qui caret sapientia, magnam patitur egestatem omnisque compos sapientiae nihilo eget, sequitur, ut stultitia sit egestas. ut autem omnis stultus miser, ita omnis miser stultus est. ergo ut omnis egestas miseria, ita omnis miseria egestas esse conuincitur.

29. Quam conclusionem Trygetius cum se parum intellexisse diceret: Quid, inquam, inter nos ratione conuenit? — Eum egere, inquit, qui sapientiam non habeat. — Quid est ergo, inquam, egere? — Sapientiam non habere. — Quid est, inquam, sapientiam non habere? hic cum taceret: Nonne hoc est, inquam, habere stultitiam? — Hoc, inquit. — Nihil est ergo aliud, inquam, habere egestatem quam habere stultitiam; ex quo iam necesse est egestatem alio uerbo nominari, quando stultitia nominatur; quamquam nescio

2 esset *Am2 s.l.* 4 ** iquam (ī *m2 in ras.*) *A* multūs *A* adtensimum *L* 7 ac] et *M edd.* 8 *pr.* sapientiā *Am1* 12 miseriae *LM* 13 *pr.* homo *om.p* 15 oratum *LMp* 17 fuisset *L* iis *m* 19 demersus *Lam* diuersus *p* 24 qua conclusione *L* 25 quid (d *m2 in ras.*) *A* quit *L* 26 habet *p* ergo *om.p* 27 *pr.* sapientiam *Am1* sapientiam inquit *Am2 in mg. LM edd.* 29 inquam *om.Lp* 30 habere *om.LMm* alia *L* 31 nominantur *L*

quomodo dicamus: ‘habet egestatem‘ aut ‘habet stultitiam‘. tale est enim, ac si locum aliquem, qui lumine careat, dicamus habere tenebras, quod nihil est aliud quam lumen non habere. non enim tenebrae quasi ueniunt aut recedunt, sed carere lumine, hoc ipsum est iam tenebrosum esse, ut carere ueste, hoc est esse nudum. non enim ueste accedente ueluti aliqua res mobilis nuditas fugit. sic ergo dicimus aliquem habere egestatem, quasi dicamus habere nuditatem. egestas enim uerbum est non habendi. quam ob rem, ut quod uolo explicem, sicut possum, ita dicitur ‘habet egestatem‘, quasi dicatur ‘habet non habere‘. itaque si stultitiam ipsam ueram certam egestatem esse monstratum est, uide iam quaestionem quam susceperamus, utrum soluta sit. dubitabatur enim inter nos, utrum, cum appellamus miseriam, nihil aliud quam egestatem nominaremus. dedimus autem rationem recte stultitiam uocari egestatem. sicut ergo et omnis stultus miser et omnis miser stultus est, ita necesse est non solum omnem, qui egeat, miserum, sed etiam omnem, qui miser sit, egentem esse fateamur. at si ex eo, quod et omnis stultus miser est et omnis miser stultus est, conficitur stultitiam esse miseriam, cur non ex eo, quod et quisquis eget miser et quisquis miser est eget, nihil aliud miseriam quam egestatem esse conficimus?

30. Quod cum omnes ita esse faterentur: Illud iam, inquam, sequitur, ut uideamus, quis non egeat; is enim erit sapiens et beatus. egestas autem stultitia est egestatisque nomen; hoc autem uerbum sterilitatem quandam et inopiam solet significare. adtendite ergo altius, quanta cura priscorum hominum siue omnia siue, quod manifestum est, quaedam uerba creata sunt earum rerum maxime, quarum erat notitia pernecessaria. iam enim conceditis omnem stultum egere et omnem qui egeat stultum esse; credo uos etiam concedere animum stultum esse uitiosum omniaque animi uitia uno stultitiae nomine includi. primo autem die huius disputationis nostrae ne-

30 cf. 2, 8 (p. 95, 23)

2 careat (*alt.* a *ex* u *m1*) *A*   3 lulmen *A*   5 nudum esse *p*   10 certam] et certam *LM edd.*   11 susciperamus *A*   12 *post* sit *ras. 2 litt. A*   appellaremus *Am2LM edd.*   14 ratione *A*   stultiam *A*   15 miser stultus *in ras. m2A*   16 *pr.* omnem *om. p*   *alt.* omnis *A*   17 at *ex* ut *A*   *pr.* et *add. A s.l.*   19 *alt.* egeat *am*   21 inquam iam *LMp*   22 his *A*   et] ut *LM*   24 ergo *A* quaeso *LM edd.*   27 stultū** *A*

quitiam dixeramus esse ab eo dictam, quod necquicquam sit, cui contrariam frugalitatem a fruge fuisse nominatam. ergo in his duobus contrariis, hoc est frugalitate atque nequitia, illa duo uidentur eminere, esse et non esse. egestati autem, de qua quaestio est, quid putamus esse contrarium? — Hic, cum aliquantum cunctarentur: Si dicam, inquit Trygetius, diuitias, uideo his paupertatem esse contrariam. — Est quidem, inquam, uicinum; nam paupertas et egestas unum atque idem accipi solet. tamen aliud uerbum inueniendum est, ne meliori parti desit unum uocabulum, ut, cum illa pars paupertatis et egestatis nomine abundet, ex hac parte solum opponatur diuitiarum nomen. nihil enim absurdius, quam ut hic sit egestas uocabuli, ubi est contraria pars egestati. — Plenitudo, inquit Licentius, si dici potest, uidetur mihi recte opponi egestati.

31. Postea, inquam, de uerbo quaeremus fortasse diligentius; non enim hoc curandum est in conquisitione ueritatis. quamuis enim Sallustius, lectissimus pensator uerborum, egestati opposuerit opulentiam, tamen accipio istam plenitudinem. non enim nec hic grammaticorum formidine liberabimur aut metuendum est, ne ab eis castigemur, quod incuriose utimur uerbis, qui res suas nobis ad utendum dederunt. — Ubi cum adrisissent: Ergo quia mentes uestras, inquam, cum intenti estis in deum, uelut quaedam oracula non contemnere statui, uideamus, quid sibi uelit hoc nomen; nam nullum adcommodatius esse arbitror ueritati. plenitudo igitur et egestas contraria sunt; at etiam hic similiter, ut in nequitia et frugalitate, apparent illa duo, esse et non esse, et, si egestas est ipsa stultitia, plenitudo erit sapientia. merito etiam uirtutum omnium matrem multi frugalitatem esse dixerunt. quibus consentiens Tullius etiam in populari oratione ait: ut uolet quisque accipiat; ego tamen frugalitatem, id est modestiam et

16 cf. Sall. Cat. c. 52 28 Cic. Deiot. 26

1 ne quicquam *Mm2* 2 iis *m* 3 frugalitate (fruga *in ras. m2*) *A* atque] et *p* 4 egestate *Am1* 6 trigecius *A* 7 contrarium *A* 8 solent *LM edd.* 12 egestatis *A* 13 si *om. Am1* 14 quaerimus *Am1* quaeramus *ap* 15 hoc curandum] obscurandum *A* inquisitione *am* 16 salustius *M* lectissimus] eius dilectissimus *L* electissimus *ap* oppolentiam *A* 17 nec hic *A* hic *LMmp* 18 formidinem *L* liberauimur *L* laborabimus *m* 19 ad utendum nobis *p* 22 statui *in ras. A* 24 at] ut *Am1* aut *M* frugilitate *A* 27 dixerint *L*

temperantiam, uirtutem maximam iudico: prorsus doctissime ac decentissime; considerauit enim frugem, id est illud, quod esse dicimus, cui est non esse contrarium. sed propter uulgarem loquendi consuetudinem, qua frugalitas quasi parsimonia dici solet, duobus consequentibus quid senserit inlustrauit subiciendo modestiam et temperantiam; et haec duo uerba diligentius adtendamus.

32. Modestia utique dicta est a modo et a temperie temperantia. ubi autem modus est atque temperies, nec plus est quicquam nec minus. ipsa est igitur plenitudo, quam egestati contrariam posueramus, multo melius, quam si abundantiam poneremus. in abundantia enim intellegitur affluentia et quasi rei nimium exuberantis effusio. quod cum euenit ultra quam satis est, etiam ibi desideratur modus et res, quae nimia est, modo eget. ergo nec ab ipsa redundantia egestas aliena est, a modo autem et plus et minus aliena sunt. ipsam etiam opulentiam si discutias, inuenies eam nihil aliud tenere quam modum. nam non nisi ab ope dicta est opulentia. quomodo autem opitulatur, quod nimium est, cum incommodius sit saepe quam parum? quidquid igitur uel parum uel nimium est, quia modo eget, obnoxium est egestati. modus ergo animi sapientia est. etenim sapientia contraria stultitiae non negatur et stultitia egestas, egestati autem contraria plenitudo: sapientia igitur plenitudo. in plenitudine autem modus: modus igitur animo in sapientia est. unde illud praeclarum est et non inmerito diffamatum:

hoc primum in uita esse utile, ut ne quid nimis.

33. Dixeramus autem in exordio hodiernae disputationis nostrae, quod, si inueniremus nihil esse aliud miseriam quam egestatem, eum beatum esse fateremur, qui non egeret. est autem inuentum. ergo

26 Ter. Andr. 61 27 cf. 4, 23 (p. 106, 26)

1 uirtutem esse *am* uirtutum esse *p* 3 diximus *p* cui] tui *Am1* 4 parcimonia *edd.* 11 habundantiam *Am1* 12 affluentię (*om.* et) *Am1* 15 reduntia *AMm1* etiam et plus minusque *p* 16 inueni∗es (a *ras.*) *A* inuenias *L* 19 nimium] minimum *L* 20 quia∗modo (m *ras.*) *A* igitur *p* 21 est. etenim] est enim *A* 23 animi *Lm2am* 24 aliud *Migne* 25 diffamatūs *A* diffamatur *LM edd.* 26 hoc primum] adprime *Terentii libri* utile *om. p* ut *ex* et *A* 27 hodierna *L* 28 aliud esse *edd.* 29 fatemur *L*

beatum esse nihil est aliud quam non egere, hoc est esse sapientem. si autem quaeritis, quid sit sapientia, iam et ipsam ratio, quantum in praesentia potuit, euoluit atque eruit; nihil est enim aliud quam modus animi, hoc est quo sese animus librat, ut neque excurrat in nimium neque infra quam plenum est coartetur. excurrit autem in luxurias dominationes superbias ceteraque id genus, quibus inmoderatorum miserorumque animi sibi laetitias atque potentias conparari putant. coartatur autem sordibus timoribus maerore cupiditate atque aliis, quaecumque sunt, quibus homines miseros etiam miseri confitentur. cum uero sapientiam contemplatur inuentam cumque, ut huius pueri uerbo utar, ad ipsam se tenet nec se ad simulacrorum fallaciam, quorum pondus amplexus a deo suo cadere atque demergi solet, ulla commotus inanitate conuertit, nihil inmoderationis et ideo nihil egestatis, nihil igitur miseriae pertimescit. habet ergo modum suum, id est sapientiam, quisquis beatus est.

34. Quae est autem dicenda sapientia nisi quae dei sapientia est? accepimus autem etiam auctoritate diuina dei filium nihil esse aliud quam dei sapientiam, et est dei filius profecto deus. deum habet igitur quisquis beatus est; quod omnibus nobis iam ante placuit, cum hoc conuiuium ingressi sumus. sed quid putatis esse sapientiam nisi ueritatem? etiam hoc enim dictum est: *ego sum ueritas*. ueritas autem ut sit, fit per aliquem summum modum, a quo procedit et in quem se perfecta conuertit. ipsi autem summo modo nullus alius modus inponitur; si enim summus modus per summum modum modus est, per se ipsum modus est. sed etiam summus modus necesse est, ut uerus modus sit. ut igitur ueritas modo gignitur, ita modus ueritate cognoscitur. neque igitur ueritas sine modo neque modus sine ueritate umquam fuit. quis est dei filius? dictum est: ueritas. quis est, qui non habet patrem? quis alius quam summus modus? quisquis igitur ad summum modum per ueritatem uenerit,

11 cf. 3, 18 (p. 103, 25) 17 cf. I Cor. 1, 24 21 Ioh. 14, 8

1 egeret *A* sapientem esse *p* 2 iam *AM* nam *L edd.* ipsa *La* 3 &uoluit *A* enim aliud est *M* enim est a. *p* nihil est *m* 4 quo] a quo *A* se *a* animūs *A* 7 animis ibi *Am1* 8 merore *A* 12 fallatiam *A* quibus *p* 14 inegestatis *A* | 16 autem *om. p* 17 etiam *om. LMp* 18 et est *LM* id est *A* 19 placuit ante *L* 21 enim hoc *L* 22 ut *add. Am2 s.l.* 28 quid *L* est *Am2 s l.* 29 *alt.* quis*** (est *eras.*) *A* 30 summū* (s *ras.*) *A*

beatus est. hoc est animis deum habere, id est deo perfrui. cetera enim quamuis a deo habeantur, non habent deum.

35. Admonitio autem quaedam, quae nobiscum agit, ut deum recordemur, ut eum quaeramus, ut eum pulso omni fastidio sitiamus, de ipso ad nos fonte ueritatis emanat. hoc interioribus luminibus nostris iubar sol ille secretus infundit. huius est uerum omne, quod loquimur, etiam quando adhuc uel minus sanis uel repente apertis oculis audacter conuerti et totum intueri trepidamus, nihilque aliud etiam hoc apparet esse quam deum nulla degeneratione inpediente perfectum. nam ibi totum atque omne perfectum est simulque est omnipotentissimus deus. sed tamen quamdiu quaerimus, nondum ipso fonte atque, ut illo uerbo utar, plenitudine saturati nondum ad nostrum modum nos peruenisse fateamur et ideo quamuis iam deo adiuuante nondum tamen sapientes ac beati sumus. illa est igitur plena satietas animorum, hoc est beata uita, pie perfecteque cognoscere, a quo inducaris in ueritatem, qua ueritate perfruaris, per quid conectaris summo modo. quae tria unum deum intellegentibus unamque substantiam exclusis uanitatibus uariae superstitionis ostendunt. — Hic mater recognitis uerbis, quae suae memoriae penitus inhaerebant, et quasi euigilans in fidem suam uersum illum sacerdotis nostri:

f o u e   p r e c a n t e s,   t r i n i t a s,

laeta effudit atque subiecit: Haec est nullo ambigente beata uita, quae uita perfecta est, ad quam nos festinantes posse perduci solida fide alacri spe flagranti caritate praesumendum est.

36. Ergo, inquam, quoniam modus ipse nos admonet et conuiuium aliquo interuallo dierum distinguere, quantas pro uiribus possum, gratias ago summo et uero deo patri, domino liberatori animarum, deinde uobis, qui concorditer inuitati multis etiam me cu-

22 Ambros. hymn. II 32 (XVI 1474 M)

1 animo *Lm* animi *Mm1p* animum *a*   frui *Mm*   4 *alt.* ut] et *L* pulsos*omni (s *ras.*) *A*   5 ueritatis *om.LMp*   6 uestris *ex* nostris *Lm2* uerum *A* uerbum *LMp*   7 *pr.* uel *om.p*   14 beati sumus *Am2* beatissimus *Am1L*   15 haec *m*   16 indicaris *L*   17 modo] bono *p*   18 uanitatis *LMp* superstitionibus *p*   19 hoc *L* his *a*   20 uerbum *LMap*   illud *Ma, om.p*   22 precantis *Am1LM*   23 effundit *LM*   25 spe (e *ex* r, s *s. m2*) *A*   fraglanti *Am1* flagrante *edd.*   26 et *om.LMam*   28 patriṣ *A*   liberator *Am1*

mulastis muneribus. nam tantum in nostrum sermonem contulistis, ut me negare non possim ab inuitatis meis esse satiatum. — Hic omnibus gaudentibus et laudantibus deum: Quam uellem, inquit Trygetius, hoc modo nos cotidie pasceres. — Modus, inquam, ille ubique seruandus est, ubique amandus, si uobis cordi est ad deum reditus noster. — His dictis facto disputationis fine discessimus.

2 his *L* 3 quem *L* 4 nos *om.LM* cotodie *A* 5 est *om.LMp* nobis *p* 6 nostri *p* his (s *ex* c *m2*) *A* EXPLICIT LIBER DE BEATA UITA. INCIPIT AURELII AUGUSTINI DE DUOBUS ANIMIS *A* EXPLICIT LIBER S̄CI AUGUSTINI DE UITA BEATA *L* EXPLICIT AUG. DE BEATA UITA *M*

# AUGUSTINI RETRACTATIONUM LIB. I.
## CAP. II.
## (PAG. 18, 4 ED. KNOELL)
## DE BEATA UITA LIBER UNUS.

Librum de beata uita non post libros de Academicis, sed 1
inter illos ut scriberem contigit. ex occasione quippe ortus est diei
natalis mei et tridui disputatione conpletus, sicut satis ipse indicat.
in quo libro constitit inter nos, qui simul quaerebamus, non esse bea-
tam uitam nisi perfectam cognitionem dei.

Displicet autem illic, quod Mallio Theodoro, ad quem librum 2
ipsum scripsi, quamuis docto et Christiano uiro, plus tribui quam
deberem, et quod fortunam etiam illic saepe nominaui, et quod tem- 3
pore uitae huius in solo animo sapientis dixi habitare beatam uitam, 4
quomodolibet se habeat corpus eius, cum perfectam cognitionem dei,
hoc est, qua homini maior esse non possit, in futura uita speret
apostolus, quae sola beata uita dicenda est, ubi et corpus incor-
ruptibile atque inmortale spiritui suo sine ulla molestia uel reluctatione subdetur. sane istum librum in nostro codice interruptum repperi et non parum minus habere, et sic a fratribus quibusdam descriptus est, nec adhuc apud aliquem integrum inueneram, ex quo emendarem, quando haec retractaui.

Hic liber sic incipit: *Si ad philosophiae portum.*

6 De b. uit. 1, 6 11 De b. uit. 1, 5; cf. De ord. I 11, 31 12 De b. uit. 1, 2. 5. 13 De b. uit. 2, 14 15 I Cor. 13, 12 17 I Cor. 15, 44 sqq.

# III.

# DE ORDINE LIBRI DUO.

*A* = codex Andegauensis n. 166 saec. IX.
*H* = codex Harleianus n. 3039 saec. X
*M* = codex Monacensis n. 14330 saec. XI.
*P* = codex Parisinus n. 13369 saec. IX.
*T* = codex Trecensis n. 1085 saec. XI.
*a* = editio Amerbachiana.
*m* = editio Maurinorum.
*edd.* = consensus editionum.

# III.
# DE ORDINE LIBRI DUO.

## LIBER PRIMUS.

I. 1. Ordinem rerum, Zenobi, cum sequi ac tenere cuique proprium tum uero uniuersitatis, quo cohercetur hic mundus et regitur, uel uidere uel pandere difficillimum hominibus atque rarissimum est. huc accedit, quod, etiamsi quis haec possit, non illud quoque ualet efficere, ut dignum auditorem tam diuinis obscurisque rebus uel uitae merito uel habitu quodam eruditionis inueniat. nec tamen quicquam est, quod magis auide expetant quaeque optima ingenia magisque audire ac discere studeant, qui scopulos uitae huius et procellas uelut erecto, quantum licet, capite inspiciunt, quam quomodo fiat, ut et deus humana curet et tanta in humanis rebus peruersitas usque quaque diffusa sit, ut non diuinae sed ne seruili quidem cui procurationi, si ei tanta potestas daretur, tribuenda esse uideatur. quam ob rem illud quasi necessarium his, quibus talia curae sunt, credendum dimittitur, aut diuinam prouidentiam non usque in haec ultima et ima pertendi aut certe mala omnia dei uoluntate committi, utrumque impium, sed magis posterius. quamquam enim desertum deo quicquam credere cum imperitissimum tum etiam periculosissimum animo sit, tamen in ipsis hominibus nemo quemquam

2 AURELII AUGUSTINI EPISCOPI DE ORDINE LIBER PRIMUS INCIPIT *H* INCIPIT LIBER ·I· BEATI AUGUSTINI DE ORDINE *P* INCIPIT LIBER ·I· SCI AUGUSTINI DE ORDINE *M* INCIPIT LIBER ·I· DE ORDINE RERUM AURELII AUGUSTINI PONTIFICIS *T*, *om A* 4 ordinem—tenere] De ordine r. mi zenobi *M* cum sequi] consequi *A edd.*, *om M* 5 coercetur *HPm2* ac regitur hic mundus *edd.* 8 ualeat *AM edd.* uellet *H* ud *Tm1* 10 quo *P* expectent *AT* optima quaeque (quaeque *m2*) *M* quae optima *P* 11 sopulos *Tm1* 14 cui] cuipiam *AT edd.* cuilibet *M* 15 esse uideatur (se ui *m2 in ras.*) *P* 16 iis *m* sunt curae *m* 18 uoluntati *A* 20 quicquam *ex* quicquid *Am1* quidquam *Pm1* cum] tum *M*

non potuisse aliquid criminatus est. neglegentiae uero uituperatio multo est quam malitiae crudelitatisque purgatior. itaque uelut conpellitur ratio tenere non inmemor pietatis aut ista terrena non posse a diuinis amministrari aut neglegi atque contemni potius quam ita gubernari, ut omnis de deo sit mitis atque inculpanda conquestio.

2. Sed quis tam caecus est mente, ut quicquam in mouendis corporibus rationis quod praeter humanam dispositionem ac uoluntatem est, diuinae potentiae moderationique dare dubitet? nisi forte aut casibus tam rata subtilique dimensione uel minutissimorum quorumque animalium membra figurantur aut, quod casu quis negat, possit nisi ratione factum fateri aut uero per uniuersam naturam, quod in singulis quibusque rebus nihil arte humana satagente ordinatum miramur, alienare a secretissimo maiestatis arbitrio ullis nugis uanae opinionis audebimus. at enim hoc ipsum est plenius quaestionum, quod membra pulicis disposita mire atque distincte sunt, cum interea humana uita innumerabilium perturbationum inconstantia uersetur et fluctuet. sed hoc pacto, si quis tam minutum cerneret, ut in uermiculato pauimento nihil ultra unius tessellae modulum acies eius ualeret ambire, uituperaret artificem uelut ordinationis et compositionis ignarum eo, quod uarietatem lapillorum perturbatam putaret, a quo illa emblemata in unius pulchritudinis faciem congruentia simul cerni conlustrarique non possent. nihil enim aliud minus eruditis hominibus accidit, qui uniuersam rerum coaptationem atque conceptum inbecilla mente conplecti et considerare non ualentes, si quid eos offenderit, quia suae cogitationi magnum est, magnam rebus putant inhaerere foeditatem.

3. Cuius erroris maxima causa est, quod homo sibi ipse est incognitus. qui tamen ut se noscat, magna opus habet consuetudine

1 est] sit *A* 5 ita] ista *T* alta *Am1* inculpando *T* 7 quicquid *A* 8 rationis *om. AT* 9 est] est rationi *AT* dari *T* 10 suptilique *T* demensione *H* 12 posse *H* 14 ullis *om. AT* 15 hoc] et hoc *Mm2* est *om. M* 16 dispositae *H* distinctae *HP* distincta *AT edd.* 17 innumerabilium (u *ult. ex* a) *T* 19 teselle *Am1* 22 fatiem *T* 23 congruentiam *P* conlustrarique (con *in ras. m2*) *P* 25 concentum *Am2T edd.* contentum *Am1* 26 quid] quis *M* 27 putant rebus *m* feditatem *AMT* 28 ipsi *M* incognitus est *A*

recedendi a sensibus et animum in se ipsum colligendi atque in se ipso retinendi. quod hi tantum adsecuntur, qui plagas quasdam opinionum, quas uitae cotidianae cursus infligit, aut solitudine inurunt aut liberalibus medicant disciplinis.

II. Ita enim sibi animus redditus, quae sit pulchritudo uniuersitatis, intellegit, quae profecto ab uno cognominata est idcircoque illam uidere non licet animae, quae in multa procedit sectaturque auiditate pauperiem, quam nescit sola segregatione multitudinis posse uitari. multitudinem autem non hominum dico sed omnium, quae sensus attingit. nec mirere, quod eo egestatem patitur magis, quo magis appetit plura conplecti. ut enim in circulo quantumuis amplo unum est medium, quo cuncta conuergunt, quod κέντρον geometrae uocant, et quamuis totius ambitus partes innumerabiliter secari queant, nihil tamen est praeter illud unum, quo cetera pariliter dimetiantur et quod omnibus quasi quodam aequalitatis iure dominetur, hinc uero in quamlibet partem si egredi uelis, eo amittuntur omnia, quo in plurima pergitur, sic animus a se ipse fusus inmensitate quadam diuerberatur et uera mendicitate conteritur, cum eum natura sua cogit ubique unum quaerere et multitudo inuenire non sinit.

4. Sed et haec, quae dixi, qualia sint et quae causa extet erroris animarum quoque modo et in unum congruant atque perfecta sint cuncta et tamen peccata fugienda sint, assequeris profecto, mi Zenobi — sic enim mihi notum est ingenium tuum et pulchritudinis omnimodae amator animus sine libidinis inmoderatione atque sordibus, quod signum in te futurae sapientiae perniciosis cupiditatibus diuino iure praescribit, ne tuam causam deseras falsis uolup-

1 cf. Retract. I 3, 3 12 cf. Cic. Tusc. I 40

2 hii *AT* assecuntur *M* assequuntur *AT* 3 quos *Am1* aut] ut *P* 5 animus sibi *edd.* 7 uideri *A* 10 mirare *Tm1* quod] quo *T* 11 amplecti *A* 12 amplo—est *om. A* κέντρον *scripsi* centron *codd.* centrum *edd.* 13 geometrae] mathematici *AT* pares *Am1* 15 demetiantur *HT* 16 ammittuntur *T* 17 ipso *A edd.* 18 in immensitate *M* conuertitur *Hm2 in mg. M* 19 eam *Am1* 21 sint (t *m2 in ras.*) *T* sunt *Am1* *alt.* et *om. HM* extet erroris] exterroris *HP* exiet erroris *Am1* exuat errores *Am2* 22 congruant (gruant *m2 in ras.*) *T* congruunt *Am1* 23 cuncta] coniuncta *A* 25 libidine *Pm1* 26 pernitiosis *AT* 27 praescribis *A*

tatibus inlectus, qua praeuaricatione nihil turpius et periculosius inueniri potest — assequeris ergo ista, mihi crede, cum eruditioni operam dederis, qua purgatur et excolitur animus nullo modo ante idoneus, cui diuina semina committantur. quod totum cuius modi sit et quem flagitet ordinem quidue studiosis et bonis ratio promittat qualemque uitam nos uiuamus, carissimi tui, et quem fructum de liberali otio carpamus, hi te libri satis, ut opinor, edocebunt nomine tuo nobis quam nostra elaboratione dulciores, praesertim si te in ipsum ordinem, de quo ad te scribo, meliora eligens inserere atque coaptare uolueris.

5. Nam cum stomachi dolor scholam me deserere coegisset, qui iam, ut scis, etiam sine ulla tali necessitate in philosophiam confugere moliebar, statim me contuli ad uillam familiarissimi nostri Uerecundi. quid dicam eo libente? nosti optime hominis cum in omnes tum uero in nos beniuolentiam singularem. ibi disserebamus inter nos, quaecumque uidebantur utilia adhibito sane stilo, quo cuncta exciperentur, quod uidebam conducere ualetudini meae. cum enim nonnulla loquendi cura detinerer, nulla inter disputandum inrepebat immoderata contentio; simul etiam, ut, si quid nostrum litteris mandare placuisset, nec aliter dicendi necessitas nec labor recordationis esset. agebant autem ista mecum Alypius et Nauigius, frater meus, et Licentius repente admirabiliter poeticae deditus; Trygetium item nobis militia reddiderat, qui tamquam ueteranus adamauit historiam; etiam in libris nonnihil habebamus.

III. 6. Sed nocte quadam, cum euigilassem de more mecumque ipse tacitus agitarem, quae in mentem nescio unde ueniebant — nam id mihi amore inueniendi ueri iam in consuetudinem uerterat, ut aut primam, si tales curae inerant, aut certe ultimam, dimidiam tamen fere noctis partem peruigil quodcumque cogitarem, nec me

1 qua *ex* quam *A* 2 eruditione *Am1Pm1* 5 ratio] hominibus *M* promittit *Pm1* 6 nos uitam *M* karissimi *MT* 7 hii *T* 8 laboratione *M* 11 scolam *MPT* deserere me *T* 12 confugere] cum fugere *H* 13 contulit *P* 16 athibito *Pm1* 18 nonnulla] non in ulla *T* non in uilla *A* 19 quod *M* nostrum] uerum (erum *in ras.*) *A* 20 *pr.* ne *M* 21 alyppius *HP* alipius *T* 22 ammirabiliter *A* mirabiliter *M* poetiae *Pm1* trigetium *Am2HT* trigetius *Am1* 23 nobis item *A* 24 hystoriam *AMPT* etiam] ut etiam *A* n̄nihil (n̄ *m2*) *T* 26 reputarem *M* 27 amor *T* 28 ut] ita ut *ATm* *pr.* aut *om.* *AT* 29 fere *om.* *T*

patiebar adulescentium lucubrationibus a me ipso auocari, quia et illi per totum diem tantum agebant, ut nimium mihi uideretur, si aliquid etiam noctium in studiorum laborem usurparent, et id a me ipsi quoque praeceptum habebant, ut aliquid et praeter codices secum agerent et sese habitare consuefacerent animum — ergo, ut dixi, uigilabam, cum ecce aquae sonus pone balneas, quae praeterfluebat, eduxit me in aures et animaduersus est solito adtentius. mirum admodum mihi uidebatur, quod nunc clarius nunc pressius eadem aqua strepebat silicibus inruens. coepi a me quaerere, quaenam causa esset. fateor, nihil occurrebat, cum Licentius lecto suo inportunos percusso iuxta ligno sorices terruit seseque uigilantem hoc modo indicauit. cui ego: Animaduertis, inquam, Licenti — nam uideo tibi Musam tuam lumen ad lucubrandum accendisse — quomodo canalis iste inconstanter sonet? — Iam, inquit, mihi hoc non est nouum. nam desiderio serenitatis cum expergefactus aliquando aurem admouissem, ne imber ingrueret, hoc agebat aqua ista, quod nunc. — Approbauit Trygetius. nam et ipse in eodem conclaui lecto suo cubans uigilabat nobis nescientibus — erant enim tenebrae — quod in Italia etiam pecuniosis prope necesse est.

7. Ergo ubi uidi scholam nostram, quantacumque aderat — nam et Alypius et Nauigius in urbem ierant — etiam illis horis non sopitam, et me cursus ille aquarum aliquid de se dicere admonebat: Quidnam uobis, inquam, uidetur esse causae, quod sic alternat hic sonus? non enim quemquam putamus his horis uel transitu uel re aliqua lauanda totiens illum meatum interpellare. — Quid putas, inquit Licentius, nisi alicubi folia cuiuscemodi, quae autumno perpetua copioseque decidunt, angustiis canalis intertrusa uinci aliquando atque cedere, ubi autem unda, quae urgebat, pertransierit, rursum colligi atque stipari aut aliquid aliud uario casu foliorum natantium

1 lugubrationibus *M* auocare *HMP* 3 noctium etiam *Tm1* labore *AMT* 4 et *om. M* 5 agere *A* sese] apud sese *AT edd.* secum *M* habitare** (nt *ras.*) *P* habitarent *H* 7 ani**aduersus (mi *ras.*) *P* 8 in modum (in *m1*) *A* praessius *Pm1* 11 ligno iuxta *A* surices *M* soces *Pm1* sese (*om.* que) *T* 12 e*go (r *ras.*) *P* animaduertisti *AHMPm2 in mg. T edd.* licenti inquam *A* 13 ad lucubrandum lumen *A* 16 amouissem *Am1 Tm1* 17 tunc *M* 20 scolam *AHMT* 22 dicere de se *T* ammonebat *MT* 23 inquit *A* 25 lauando *A* toties *M* interpellare *Hm2* 26 huiuscemodi *A* perpetuo *AT edd.* perpetue *M* 27 augustiis (us *in mg. m. post.*) *P* euinci *AT edd.* 28 rursus *T*

fieri, quod ad illum fluxum nunc refrenandum nunc emittendum similiter ualeat? — Uisum est mihi probabile aliud non habenti confessusque sum laudans ingenium eius nihil me inuenisse, cum diu quaesissem, cur ita esset.

8. Tum interposito modico silentio: Merito, inquam, tu nihil mirabaris et apud Calliopam te intus tenebas. — Merito, inquit ille, sed modo plane dedisti mihi magnum mirari. — Quidnam hoc est? inquam. — Quod tu, inquit, ista miratus es. — Unde enim solet, inquam, oboriri admiratio aut quae huius uitii mater est nisi res insolita praeter manifestum causarum ordinem? — Et ille: 'Praeter manifestum' inquit, accipio; nam praeter ordinem nihil mihi fieri uidetur. — Hic ego erectior spe alacriore, quam soleo esse, cum aliquid ab his requiro, quod rem tantam et tam subito heri paene ad ista conuersus adulescentis animus concepisset nulla umquam de his rebus inter nos antea quaestione agitata: Bene, inquam, bene; sed prorsus bene multum sensisti, multum ausus es. hoc, mihi crede, longo interuallo transcendit Heliconem, ad cuius uerticem tamquam ad caelum peruenire conaris. sed peruellem adesses huic sententiae; nam eam labefactare temptabo. — Sine, inquit, modo me mihi, quaeso te; nam ualde in aliud intendi animum. — Hic ego nonnihil metuens, ne studio poeticae penitus prouolutus a philosophia longe raperetur: Irritor, inquam, abs te uersus istos tuos omni metrorum genere cantando et ululando insectari, qui inter te atque ueritatem inmaniorem murum quam inter amantes tuos conantur erigere; nam in se illi uel inolita rimula respirabant. Pyramum enim ille tum canere instituerat.

9 cf. Retract. I 3, 6

1 emittendi *HP* 5 cum *HMP* modico *om. Mm1* tu inquam *M* 6 calliopan *HP* calliopen *M* tenebras *P* 7 mihi dedisti *A* 8 ista *om. A* 9 ammiratio *MT* 12 ergo *P* alacriori spe *M* 14 concepisse *P* umquam] inquam *Am1HP* inter nos de his rebus *A* 15 ante *AM* quaestio *M* 17 transcendis *AMT edd.* helicone *HMP* 18 peruenire (per *add. in mg.*) *T* 19 me modo *A* 20 mihi *om. M* alde *Tm1* animum intendi *M* 21 phylosopia *Tm1* 22 omnium *T* 23 canendo *AT* ululundo *Am1* atque] et *A* 24 inter amantes tuos] in terram tuos *Pm1* inter amantis *Pm2 in mg.* inter amantuos *Mm1* 25 eligere *MP* uel *om. Am1* inolita rimula] molita rimula *MT* molitari multa *H* respirabunt *T* piramum *Am2M* piranum *Am1*

9. Quod cum seueriore quam putabat uoce dixissem, subticuit aliquantum. et ego iam reliqueram coeptam et ad me redieram, ne frustra occupare praeoccupatum atque inepte uellem; tum ille:

E g o m e t m e o i n d i c i o q u a s i s o r e x,

inquit, non dictum est commodius apud Terentium quam nunc dici a me de me potest; sed sane illud ultimum fortasse in contrarium uertetur; quod enim ait ille:

h o d i e p e r i i,

ego forte hodie inueniar. nam si non contemnitis, quod superstitiosi solent, etiam de muribus augurari, si ego illum murem uel soricem, qui me tibi uigilantem detulit, strepitu meo commonui, si quid sapit, redire in cubile suum secumque conquiescere, cur non ego ipse isto strepitu uocis tuae commonear philosophari potius quam cantare? nam illa est, ut tibi cotidie probanti iam coepi credere, uera et inconcussa nostra habitatio. quare, si tibi molestum non est atque id fieri debere arbitraris, roga quod uis; defendam, quantum possum, ordinem rerum nihilque praeter ordinem fieri posse asseram. tantum enim eum animo imbibi atque hausi, ut, etiamsi me quisquam in hac disputatione superarit, etiam hoc nulli temeritati sed rerum ordini tribuam. neque enim res ipsa, sed Licentius superabitur.

IV. 10. Ego rursum gaudens eis me restitui. tum Trygetio: Quid, inquam, tibi uidetur? — Faueo quidem, inquit, ordini plurimum, sed incertus sum tamen et rem tantam diligentissime discuti cupio. — Fauorem, inquam, tuum illa ergo pars habeat; nam quod incertus es, etiam cum Licentio ac me ipso tibi puto esse commune. — Prorsus, ait Licentius, ego huius sententiae certus sum. quid enim dubitem parietem, cuius mentionem fecisti, antequam plane se erexit, diruere? non enim uere poetica tantum me auertere

4.8 Ter. Eun. 1024

1 seueriori *M* 2 coeptam (*scil.* seueriorem uocem) *P* coepta *AHMT edd.* 4 iudicio *Mm1* quasi] miser quasi *m Terentius* 5 terrentium *M* 7 quod *AHMPm1T* quid *Pm2* quo *Pm.post. in mg.* 9 hodie forte *T edd.* contempnitis *Pm1T* 10 auguriari *AT* 13 isto *om.HM* 15 molestem *H* 16 defen***dam (den *ras.*) *P* 19 superauerit *A* 21 rursus *A* restitui me *M* 22 quid] quid est *T* 23 sum *om.AMm1m* 25 communem *MP* 26 prorsum *M* 27 antequa *T* antequem (e *alt. ex* a) *A* 28 erexerit *HM edd.*

a philosophia potest, quantum inueniendi ueri diffidentia. — Tum Trygetius gaudentibus uerbis: Habemus, inquit, iam, quod plus est, Licentium non Academicum. eos enim ille studiosissime defendere solebat. — Haec modo, inquit, omitte quaeso, ne me hoc uafrum quiddam et captatorium a nescio qua diuina re, quae mihi se ostentare coepit et cui me inhiantem suspendo, detorqueat atque disrumpat. — Hic ego multo uberius cernens abundare laetitias meas, quam uel optare aliquando ausus sum, uersum istum gestiens effudi:

s i c p a t e r i l l e d e u s f a c i a t !

perducet enim ipse, si sequimur, quo nos ire iubet atque ubi ponere sedem, qui dat modo augurium nostrisque inlabitur animis. nec enim altus Apollo est, qui in speluncis in montibus in nemoribus nidore turis pecudumque calamitate concitatus inplet insanos, sed alius profecto est, alius ille altus ueridicus atque ipsa — quid enim uerbis ambiam? — ueritas, cuius uates sunt, quicumque possunt esse sapientes. ergo adgrediemur, Licenti; freti pietate cultores uestigiis nostris ignem perniciosum fumosarum cupiditatum opprimamus.

11. Iam, inquit, interroga, oro te, si possim hoc tantum nescio quid explicare et uerbis et meis. — Hoc ipsum, inquam, mihi responde, primo unde tibi uideatur aqua ista non temere sic sed ordine influere. nam quod ligneolis canalibus superlabitur et ducitur usque in usus nostros, potest ad ordinem pertinere. factum est enim ab hominibus ratione utentibus, ut uno eius itinere simul et biberent et lauarent, et pro locorum oportunitatibus consequens erat, ut ita

9 Uerg. Aen. X 875    11 cf. Uerg. Aen. III 88 sqq.

1 differentia *T*    2 quo *HP*    5 quoddam *T*    a] ac (c *s.m2*) *P*    qua nescio *M*    ostentare se *T* ostentare (*om.* se) *H*    6 iniantem *Tm1*    dirrumpit *T*    7 habundare *T*    9 deus *codd.* deum *Uergilius*    faciat] f. sic altus apollo incipias *AT edd.*    10 ille *T*    11 saedem *Pm1*    qui dat] quid : d.*MP*    13 et pecudum (*om.* que) *M*    14 altus (*s.* alius *m2*) *A*    16 sapientes (*alt.* e *m2*) *A*    aggrediamur *AHMT edd.*    cultoris (i *ex* e *m2*) *A*    17 uestigiis] et uestigiis *AMT edd.*    uestris *HP*    19 iam] hic iam *Ta*    tanto *P corr. m1*    20 uerbis] tuis u. *Hm2 edd.*    mihi *om. AT*    21 tibi] mihi *A*    22 influere** *P*    quod] quod illa *AT edd.*    23 in] ad *T*    enim est *T*    24 eius uno *M*    biberet *Tm1*

fieret, quod uero illa, ut dicis, folia sic inciderunt, ut hoc, quod ammirati sumus, eueniret, quo tandem rerum ordine ac non casu potius factum putabimus? — Quasi uero, inquit ille, aliter, atque ceciderunt, debuisse aut potuisse cadere cuiquam uideri potest serenissime intuenti nihil posse fieri sine causa. quid? iam uis persequar situs arborum atque ramorum ipsumque pondus, quantum natura foliis imposuit? quid? aeris uel mobilitatem, qua uolitant, uel mollitiam, qua descendunt, uariosque lapsus pro affectione caeli pro onere pro figuris suis ceterisque innumerabilibus atque obscurioribus causis quid me attinet quaerere? latent ista sensus nostros, penitus latent; illud tamen, quod adgressae quaestioni satis est, nescio quo modo animum non latet, nihil fieri sine causa. potest enim odiosus percontator pergere quaerere: quae causa erat, ut ibi arbores ponerentur? respondebo secutos esse homines uber terrae. quid, si fructuosae arbores non sunt ac temere natae sunt? et hic respondebo nos parum uidere; nam temerariam quae illas genuit nequaquam esse naturam. quid plura? aut aliquid sine causa fieri docear aut nihil fieri nisi certo causarum ordine credite.

V. 12. Cui ego: Licet, inquam, me odiosum percontatorem uoces — uix enim possum non esse, qui expugnaui, ne cum Pyramo et Thisbe conloquereris — pergam tamen quaerere abs te. natura ista, quam uis uideri ordinatam, cui bono — ut de ceteris rebus innumerabilibus taceam — istas ipsas arbores, quae fructus non afferunt, procreauit? — At illo cogitante, quid diceret, ait Trygetius: Numquidnam usus arbustorum in solis fructibus praebetur hominibus? quanta sunt alia, quae umbra, lignis, quamuis postremo, quae ipsis frondibus seu foliis fiant? — Noli obsecro, inquit ille, interrogationibus eius haec reddere. innumerabilia sunt enim, quae proferri

1 ut dicis illa *A* admirati *MPm2T* mirati *A* 2 potius casu *A edd.* 3 putauimus *HP* 4 aut] atque *M* intuenti] ñuenti *Am1*; *in mg. nota* menti aliter serenissime nentis michi *Am2* 7 quod *Hm2* molliciem *AMT* 8 discendunt *H* pro onere] ponere *A* pro honore *H* 10 paenitus *Pm1* poenitus *A* 11 aggressis *Tm2 in mg.* quaestione *Am1* 12 sine (si *m2*) *P* ociosus *Ma* percunctator *T* 13 ut ibi] ubi *T* 14 sequutos *T* ubertatem *APm2a* 16 temeraria *P* 19 otiosum *HMP* percontari rem *M* 20 non possum *A* ne *ex* me *Tm1* 21 colloquéris *T* quaere *Tm1* naturam istam *T* 22 ordinatam *H* 26 lignis] quae lignis *AHMPm2 in mg. T edd.* quamuis *om. AT edd.* 27 fiunt *Tm1*

possunt, ex quibus nulla est hominibus utilitas aut certe ita latet uel inbecilla est, ut ab hominibus, praesertim nobis, erui defendiue non possit. ipse potius nos doceat, quomodo aliquid fiat, quod non causa praecesserit. — Post, inquam, ista uidebimus. non enim iam me necesse est esse doctorem, cum tu, qui iam tantae rei te certum esse professus es, adhuc me nihil docueris nimium discere cupientem et propter hoc solum dies noctesque uigilantem.

13. Quo me mittis? inquit; an quia te leuius sequor quam illa folia uentos, quibus in profluentem iaciuntur, ut eis cadere parum sit, nisi etiam trahantur? nam quid aliud erit, cum Licentius et Augustinum et ea quae sunt in media philosophia docet? — Noli obsecro, inquam, aut te tantum abicere aut me extollere. nam et ego in philosophia puer sum et non nimis curo, cum interrogo, per quem mihi ille respondeat, qui me cotidie querulum accipit, cuius te quidem credo quandoque uatem futurum; neque hoc ‘quandoque‘ forsitan longum est. sed tamen alii quoque multum sepositi ab huius modi studiis docere aliquid possunt, cum disserentium societati quasi uinculis interrogationum coartantur. idem autem aliquid non est nihil. an non uides — tuo enim simili utar libentius — illa ipsa folia, quae feruntur uentis, quae undis innatant, resistere aliquantum praecipitanti se flumini et de rerum ordine homines commonere, si tamen hoc, quod abs te defenditur, uerum est?

14. Hic ille lecto etiam exiliens prae laetitia: Quis neget, deus magne, inquit, te cuncta ordine administrare? quam se omnia tenent! quam ratis successionibus in nodos suos urgentur! quanta et quam multa facta sunt, ut haec loqueremur! quanta fiunt, ut te inueniamus! unde enim hoc ipsum nisi ex rerum ordine manat et ducitur, quod euigilauimus, quod illum sonum aduertisti, quod quaesisti tecum causam, quod tu causam tantillae rei non inuenisti? sorex etiam prodit, ut ego uigilans prodar. postremo tuus etiam ipse sermo

3 nos *om.M* 5 esse doctorem *om.M* 6 nimium] minimum *P* 8 inquam *HP* leuius te *AHMT edd.* 9 ista *m* profluentem aquam *AT edd.* 10 licentium *H* et *om.A* 12 me *om.H* 14 quem *om.Tm1* 17 societate (e *alt. ex* i *m2*) *A* 18 coartamur *M* non] num *T* 19 tuos *Am1* ipsa illa *T* 20 aliquantulum *Tm1* 22 quod *om.Am1* 24 ordine] ordinare *M* 25 tenet *Pm1* 27 ex ordine rerum *A* 28 euigilamus *M* auertisti *T* 29 sorix *A* 30 sermone (*corr. m2*) *P*

te fortasse id non agente — non enim cuiquam in potestate est, quid ueniat in mentem — sic nescio quo modo circumagitur, ut me ipse doceat, quid tibi debeam respondere. namque oro te, si haec, quae a nobis dicta sunt, litteris, ut instituisti, mandata peruagentur paulo latius ad hominum famam, nonne ita res magna uidetur, ut de illa consultus aliqui uates magnus aut Chaldeus respondere debuerit, multo antequam euenit? quodsi respondisset, ita diuinus diceretur, ita efferretur laudibus omnium, ut tamen ex eo nemo quaereret, cur folium ex arbore ceciderit aut utrum mus oberrans iacenti homini molestus fuerit. numquidnam enim talia futura quisquam illorum aut per se dixit aliquando aut a consultore coactus est dicere? atqui si futurum quendam librum non ignobilem diceret et id necessario euenturum uideret — non enim posset aliter diuinare — profecto quidquid uolutatio foliorum in agro, quidquid uilissima bestiola in domo facit, tam sunt in rerum ordine necessaria quam illae litterae. his enim uerbis fiunt, quae sine illis praecedentibus uilissimis rebus nec in mentem uenire possent nec ore procedere posterisque mandari. quare iam, rogo, nemo ex me quaerat, cur quidque fiat. satis est nihil fieri, nihil gigni, quod non aliqua causa genuerit ac mouerit.

VI. 15. Apparet te, inquam, nescire, adulescens, quam multa et a qualibus uiris contra diuinationem dicta sint. sed responde nunc, non utrum fiat aliquid sine causa — nam id iam uideo te nolle respondere — sed ordo iste susceptus tuus bonumne quicquam an malum tibi esse uideatur. — Et ille submorans: Non, inquit, sic rogasti, ut unum de duobus queam respondere. uideo hic enim quandam medietatem. nam ordo mihi nec bonum nec malum uidetur. — Quid saltem censes, inquam, ordini esse contrarium? —

3 respondere debeam *T* 4 mandata *om. M* 5 uidebitur *AT edd.* 6 de *om. A* aliquis *AMT edd.* caldaeus *A* 7 debuerit] dubitauerit *Am2 in mg.* atequam *Am1* euenisset *A* euenerit *a* 8 ecferetur *H* eferetur *Pm1* nemo ex eo *Tm1* 9 quaereret] quaerere auderet *AT* ex] ab *Am* oberrens *Tm1* 10 enim *om. M* 11 a *om. Pm1* 12 autqui *HPm2* *alt.* dicere *P* 14 uolitatio *AHMPm2T edd.* 15 domo] agro *A* ordine rerum *A* necessario *A* ille *P* 18 cur quidque fiat] cu quisque sciat *Am1* quicque *T* 19 satis (*om.* est) *in ras. A* 21 Apparet] hic apparet *AT edd.* 24 ordo] utrum *A* quiddam *M* 25 an malum *ex* animalium *ras. P* submorans *HMP* submurmurans *AT edd.* 26 de] e *AHMT edd.* enim hic *A* 28 saltim *AM*

Nihil, ait ille; nam quomodo esse quicquam contrarium potest ei rei, quae totum occupauit, totum obtinuit? quod enim erit ordini contrarium, necesse erit esse praeter ordinem; nihil autem esse praeter ordinem uideo: nihil igitur ordini oportet putare esse contrarium. — Ergone, ait Trygetius, contrarius ordini error non est? — Nullo modo, inquit; nam neminem uideo errare sine causa; causarum autem series ordine includitur et error ipse non solum gignitur causa sed etiam gignit aliquid, cui e causa fit. quam ob rem quo extra ordinem non est, eo non potest ordini esse contrarius.

16. Et cum tacuisset Trygetius egoque me ipsum non caperem gaudio, quod uidebam adulescentem, carissimi amici filium, etiam meum fieri, nec solum, uerum in amicum quoque iam mihi surgere atque grandescere et, cuius studium uel in mediocres litteras desperaueram, quasi respecta possessione sua toto impetu in mediam uenire philosophiam — quod dum tacitus miror et exaestuo in gratulatione, subito ille quasi mente quadam correptus exclamat: O si possem dicere quod uolo! rogo, ubiubi estis, uerba, succurrite. et bona et mala in ordine sunt. credite, si uultis; nam quomodo id explicem nescio.

VII. 17. Ego mirabar et tacebam. Trygetius autem ubi uidit hominem paululum quasi digesta ebrietate affabilem factum redditumque conloquio: Absurdum, inquit, mihi uidetur, Licenti, et plane alienum a ueritate quod dicis; sed quaeso patiare me paululum nec proturbes clamitando. — Dic quod uis, ait ille; non enim metuo, ne me auferas ab eo, quod uideo ac paene teneo. — Utinam, inquit, ab eo quem defendis ordine deuius non sis! non tanta in deum feraris, ut mitius loquar, incuria. quid enim potuit dici magis impium quam etiam mala ordine contineri? certe enim deus amat ordinem. — Uero amat, ait ille; ab ipso manat, cum ipso est, et si quid potest de re

1 contrarium quicquam *edd.* potest—3 *pr.* esse *add. Am1 in mg.* 2 continuit *A* 3 necesse—4 contrarium *add. Hm2 in mg.* 4 putare esse] putari *AMT* 7 ordini *H* 8 cui] cuius *M edd.* e *om. AHMT edd.* fit *PT* sit *AHM edd.* 9 *pr.* non *Am1 s.l.* 12 solum hoc (hoc *s. m2*) *A* quoque surgere mihi atque (*om.* iam) *M* 15 gratulationem *AT edd.* 17 ubiubi] ubi *AHm1MP* 18 in ordine] inordinata *H* ordinata *Pm2 in mg.* *ab* credite *incipit cap. VII. m* 21 *ebrietate (a *ras.*) *P* 22 mihi uidetur inquit *T* licenti *add. Pm2 s.l.* 24 perturbes *edd.* 25 auferas me (me *s. m2*) *A* 26 defendit *Am1* deuius] diuisus *A* 28 uere *AMPm2T edd.* 29 ait] at *P* cum] et cum *MT edd.*

tantum alta conuenientius dici, cogita quaeso ipse tecum. nec enim sum idoneus, qui te ista nunc doceam. — Quid cogitem? inquit Trygetius; accipio prorsus quod dicis satisque mihi est in eo, quod intellego. certe enim et mala dixisti ordine contineri et ipsum ordinem manare a summo deo atque ab eo diligi. ex quo sequitur, ut et mala sint a summo deo et mala deus diligat.

18. In qua conclusione timui Licentio. at ille ingemescens difficultate uerborum nec omnino quaerens, quid responderet, sed quem ad modum quod respondendum erat promeret: Non diligit deus mala, inquit, nec ob aliud, nisi quia ordinis non est, ut et deus mala diligat; et ordinem ideo multum diligit, quia per eum non diligit mala. at uero ipsa mala qui possunt non esse in ordine, cum deus illa non diligat? nam iste ipse est malorum ordo, ut non diligantur a deo. an paruus rerum ordo tibi uidetur, ut et bona deus diligat et non diligat mala? ita nec praeter ordinem sunt mala, quae non diligit deus, et ipsum tamen ordinem diligit; hoc ipsum enim diligit, diligere bona et non diligere mala, quod est magni ordinis et diuinae dispositionis. qui ordo atque dispositio quia uniuersitatis congruentiam ipsa distinctione custodit, fit, ut mala etiam esse necesse sit. ita quasi ex antithetis quodam modo, quod nobis etiam in oratione iucundum est, ex contrariis, omnium simul rerum pulchritudo figuratur.

19. Post hoc intersiluit modice et repente sese erigens, qua Trygetius lectum habebat: Nam quaero ex te, quaeso, inquit, iustusne sit deus. — Tacebat ille nimis, ut postea retulit, ammirans et horrens subito condiscipuli et familiaris sui afflatum noua inspiratione sermonem. quo tacente ille ita secutus est: Si enim deum iustum non esse responderis, tu uideris quid agas, qui me dudum impietatis arguebas. si autem, ut nobis traditur nosque ipsius ordinis necessitate sentimus, iustus est deus, sua cuique distribuendo utique iustus est. quae autem distributio dici potest, ubi distinctio nulla est? aut quae distinctio, si bona sunt omnia? quidue

5 a] ex *A* 7 ingemiscens *AMT edd.* 10 ut et] ut *AMT edd.* 12 ueru *Pm2* qui *ex* quę *Mm2* 15 diligit *Am1* 19 fit *ex* sit *A* 20 anthitetis *A* antithotis *M* 21 iocundum *AMPm1T* ex] id est ex *AT edd.* 23 se *T* 24 nam] nc̄ (c *in ras. m2*) *A* 27 sequutus *Pm1T* si enim] etenim si (enim *in ras. m2*) *A* 30 necessitatem *Am1*

praeter ordinem reperiri potest, si dei iustitia bonorum malorumque meritis sua cuique redduntur? iustum autem deum omnes fatemur: totum igitur ordine includitur. — Quibus dictis relisit se strato et iam lenior uoce, cum ei uerbum nemo faceret: Nihilne mihi, inquit, uel tu, qui conpulisti ad ista, respondes?

20. Cui ego:

N o u a  n u n c  r e l i g i o  i s t a e c  i n  t e  i n c e s s i t,  c e d o,

inquam. sed quod uidebitur, per diem respondebo, qui mihi iam uidetur redire, nisi lunae est ille qui fenestris fulgor inducitur. simul et tacendum est, ne tanta bona tua, Licenti, absorbeat obliuio. quando enim nostrae litterae non sibi haec mandari flagitent? dicam plane tibi quod sentio. disputabo aduersus te, quantum possum; non enim mihi, si me uiceris, maior triumphus dari potest. si autem uel calliditati uel acuto cuidam errori hominum, quorum partes suscipere temptabo, cesserit inbecillitas tua, quae minus pasta eruditione disciplinarum tantum deum fortasse sustinere non poterit, res te ipsa commonebit, quantae tibi uires, ut in eum firmior redeas, parandae sint, simul quia et istam disputationem nostram elimatius uolo prouenire; non enim grossis auribus eam debeo. nam Zenobius noster multa mecum saepe de rerum ordine contulit, cui alta percontanti numquam satisfacere potui seu propter obscuritatem rerum seu propter temporum angustias. crebrarum autem ille procrastinationum usque adeo fuit inpatiens, ut me, quo diligentius et copiosius respondere cogerer, etiam carmine prouocaret, et bono carmine, unde illum magis ames. sed neque tunc tibi legi potuit ab istarum rerum studio remotissimo neque nunc potest. nam profectio eius tam repentina et perturbata fuit tumultu illo, ut nihil istorum uenire nobis in mentem potuerit; nam id relinquere mihi responsuro statuerat et multa concurrunt, cur ei sermo iste

7 Ter. Andr. 730

1 repperiri *Pm1T* dei] de *ATm2* 3 relisit *HMP* resilit *AT edd.* se *HMP* e *AT edd.* stratu *T* 4 ei] enim *A* 7 istaec in te] ista haec in te *A* unde istaec *Terentius* credo *T* 9 inducitur *Mm* 10 tacendum] agendum *ATm2m* 12 aduersum *edd.* 13 uinceris *T* 15 parta *A* 16 tantam (a *alt. ex* u *m2*) *A* deum] uim *A* 17 ipsa (a *s. m2*) *P* 19 eam grossis auribus *edd.* 21 percunctanti *T* 23 inpatiens fuit *edd.* 29 responduro *Am1* iste *add. Tm2 s.l.*

mittatur. primum est, quia debetur, deinde, quia, cuius modi nunc uitam ducamus, etiam sic indicari eius in nos beniuolentiae decet, postremo, quod in gaudio de spe tua nemini cedit. nam et cum praesens esset, pro familiaritate patris tui uel potius omnium nostrum multum sollicitus erat, ne ingenii tui quaedam scintillae, quas diligenter animaduertebat, non tam conflarentur cura mea quam tua extinguerentur incuria; et cum te poeticae quoque studiosum esse cognouerit, sic gratulabitur, ut eum mihi gestientem uidere iam uidear.

VIII. 21. Nihil mihi quidem gratius facies, inquit; sed siue mobilitatem meam et puerilem leuitatem ridebitis siue aliquo uere diuino nutu et ordine fit in nobis, non uobis dubitem dicere: pigrior sum ad illa metra subito effectus; alia, longe alia nescio quid mihi nunc luce resplenduit. pulchrior est philosophia, fateor, quam Thisbe, quam Pyramus, quam illa Uenus et Cupido talesque omnimodi amores. — Et cum suspirio gratias Christo agebat. accepi ego haec, quid dicam libenter aut quid non dicam? accipiat quisque, ut uolet, nihil curo, nisi quod forte inmodice gaudebam.

22. Interea post paululum dies sese aperuit. surrexerunt illi et ego inlacrimans multa oraui, cum audio Licentium succinentem illud propheticum laete atque garrule: d e u s u i r t u t u m, c o n u e r t e n o s e t o s t e n d e f a c i e m t u a m, e t s a l u i e r i m u s. quod pridie post caenam cum ad requisita naturae foras exisset, paulo clarius cecinit, quam ut mater nostra ferre posset, quod illo loco talia continuo repetita canerentur. nihil enim aliud dicebat, quoniam ipsum cantilenae modum nuper hauserat et amabat, ut fit, melos inusitatum. obiurgauit eum religiosissima, ut scis, femina ob hoc ipsum, quod inconueniens locus cantico esset. tunc ille dixerat iocans: Quasi uero, si quis hic me inimicus includeret, non erat deus exauditurus uocem meam.

21 Ps. 79, 8

1 *pr.* quod *A* 3 nemi*ni (i *pr.s.*) *P* 4 pro] et pro *A* 8 mihi *om.M* 12 in nobis fit (sit *A*) *AT* non uobis *add. Hm1 in mg.* 15 tisbe *MP* tysbe *H* piramus *A* 20 lacrimans *M* ibi lacrimans *T* succinentem] cantitantem *A in ras.* 21 illum *Am1* garule *Pm1* 23 quaesita *AT* 24 nostra] mea *A* mea nostra *T* 25 loco] in loco *Mm2* 26 auserat *Pm1* 27 obiurgabat *M* 29 me inimicus hic *M*

23. Ergo mane cum regressus esset solus — nam uterque ob eandem causam processerat — accessit ad lectulum meum: Uerum mihi dic, inquit, ita fiat nobis quod uis, quid de me existimes. — Atque ego adulescentis dexteram adprehendens: Quid, inquam, existimem, sentis credis intellegis. neque enim arbitror te frustra heri tam diu cecinisse, ut uirtutum deus conuerso tibi se ostendat. — At ille cum admiratione recordatus: Magnum, inquit, dicis et uerum. non enim me ipsum parum mouet, quod modo tam aegre auocabar a nugis illis carminis mei, et iam redire ad eas piget et pudet; ita totus in quaedam magna et mira subuehor. nonne hoc est uere in deum conuerti? simul et illud gaudeo, quod frustra mihi scrupulus superstitionis iniectus est, quod tali loco talia cantitabam. — Mihi, inquam, neque hoc displicet et ad illum ordinem puto pertinere, ut etiam hinc aliquid diceremus. nam illi cantico et locum ipsum, quo illa offensa est, et noctem congruere uideo. a quibus enim rebus putas nos orare ut conuertamur ad deum eiusque faciem uideamus, nisi a quodam ceno corporis atque sordibus et item tenebris, quibus nos error inuoluit? aut quid est aliud conuerti nisi ab inmoderatione uitiorum uirtute ac temperantia in sese adtolli? quidue aliud est dei facies quam ipsa, cui suspiramus et cui nos amatae mundos pulchrosque reddimus, ueritas? — Melius dici non potest, inquit exclamans; deinde suppressius quasi ad aurem: Uide quaeso, quanta occurrerunt, ut credam erga nos aliquid iam prosperiore ordine fieri.

24. Si ordinem, inquam, curas, redeundum tibi est ad illos uersus. nam eruditio disciplinarum liberalium modesta sane atque succincta et alacriores et perseuerantiores et comtiores exhibet amatores amplectendae ueritati, ut ardentius appetant et constan-

26 cf. Retract. I 3, 4

1 egressus *Tm1* 3 dic mihi *AT edd.* 4 adulescentes *Pm1* adpr*ehendens (a *ras.*, e *ult. ex* i) *P* 6 cecinisse tamdiu *A* quamdiu cecinisse *H* 8 modo] mouet *Pm1* tam] tamen *A* aduocabar *A* 9 nu*gis *A* 10 *pr.* in] ad *A s l.* subueheor *HPm1* 12 infectus *P* intectus *Hm1* cantabam *Tm1* cantatabam *Am1* 14 diceremus] ł disceremus *Am2* ipsum locum *M* quo] quod *P* qua *T* 17 tenebris] a tenebris *AHMT edd.* 18 inmoratione *HP* 19 tolli *M* 20 illa *M* 22 suppresius *T* 23 prosperiori *M* propriore *A* 27 perseuaerantiores *A* commotiores *AT* 28 ueritate *Pm1* ut] ut et *AHMT edd.*

tius insequantur et inhaereant postremo dulcius, quae uocatur, Licenti, beata uita. qua nominata omnes sese erigunt et quasi adtendunt in manus, utrum habeas, quod dare possis egentibus uariisque morbis impeditis. quibus sapientia cum praecipere coeperit, ut medicum perferant seque cum aliqua patientia curari sinant, in pannos suos recidunt, quorum concalefactione tabificati scabiem uoluptatum aerumnosarum scalpunt libentius, quam ut monita medici paululum dura et morbis onerosa perpetiendo atque subeundo ualetudini sanorum lucique reddantur. itaque illo summi dei nomine ac sensu tamquam stipe contenti uiuunt miseri, uiuunt tamen. alios autem uiros uel, ut uerius loquamur, alias animas, dum hoc corpus agunt, iam thalamo suo dignas coniux ille optimus ac pulcherrimus quaerit, quibus non uiuere sed beate uiuere satis est. uade ergo interim ad illas Musas. uerum tamen scis, quid te facere uelim? — Iube, ait, quod placet. — Ubi se, inquam, Pyramus et illa eius super inuicem, ut cantaturus es, interemerint, in dolore ipso, quo tuum carmen uehementius inflammari decet, habes commodissimam oportunitatem. arripe illius foedae libidinis et incendiorum uenenatorum execrationem, quibus miseranda illa contingunt, deinde totus adtollere in laudem puri et sinceri amoris, quo animae doctae disciplinis et uirtute formonsae copulantur intellectui per philosophiam et non solum mortem fugiunt uerum etiam uita beatissima perfruuntur. — Hic ille tacitus ac diu consideratione nutans motato capite abscessit.

25. Deinde ego quoque surrexi redditisque deo cotidianis uotis ire coeperamus in balneas — ille enim locus nobis, cum caelo tristi in agro esse minime poteramus, aptus ad disputandum et familiaris fuit — cum ecce ante fores aduertimus gallos gallinatios

6 cf. Conf. IX 1, 1 (p. 197, 13)    14 cf. Retr. I 3, 5

1 dulcius ci (ei *s. m2*) *A*    2 uita beata *M*    se *AT*    6 cumcalefactione *T* calefactione *M*    7 crumnosarum *P*    ut monia *Tm1* admonita *A*    8 paulum *MPm1*    9 lucique sanorum *M*    12 opus *ex* corpus *ras. A*    coniunx *ȦMPm2T*    13 sit *AT edd.*    14 scias *A*    uelim facere *A*    15 ***iube *P*    quod] id quod *AT*    16 super inuicem] inuicem *M* super se inuicem *a* supra semiuecem *m*    17 quo tuum] quo totum *T* quocum *A*    19 ueneriatorum *H*    21 dotatae *AHm2Pm2T edd.*    formo*sae (n *ras.*) *P* formosae *AMT edd.*    23 cogitatione *A*    26 nobis *om. M*    27 aptus nobis *M*    28 gallinacios *H edd.*

ineuntes pugnam nimis acrem. libuit attendere. quid enim non ambiunt, qua non peragrant oculi amantum, ne quid undeunde innuat pulchritudo rationis cuncta scientia et nescientia modificantis et gubernantis, quae inhiantes sibi sectatores suos trahit quacumque atque ubique se quaeri iubet? nam unde aut ubi non potest signum dare? ut in eisdem ipsis gallis erat uidere intenta proiectius capita, inflatas comas, uehementes ictus, cautissimas euitationes et in omni motu animalium rationis expertium nihil non decorum quippe alia ratione desuper omnia moderante; postremo legem ipsam uictoris, superbum cantum et membra in unum quasi orbem collecta uelut in fastum dominationis; signum autem uicti, elatas a ceruice pinnulas et in uoce atque motu deforme totum et eo ipso naturae legibus nescio quo modo concinnum et pulchrum.

26. Multa quaerebamus, cur sic omnes, cur propter dominationem in subiectas sibi feminas, cur deinde nos ipsa pugnae facies aliquantum et praeter altiorem istam considerationem duceret in uoluptatem spectaculi, quid in nobis esset, quod a sensibus remota multa quaereret, quid rursum, quod ipsorum sensuum inuitatione caperetur. dicebamus nobis ipsis: ubi non lex? ubi non meliori debitum imperium? ubi non umbra constantiae? ubi non imitatio uerissimae illius pulchritudinis? ubi non modus? atque inde ammoniti, ut spectandi modus esset, perreximus, quo propositum erat, atque ibi, ut potuimus, sane diligenter — nam et recentes res erant et quando poterant tam insignita trium studiosorum memoriam effugere? — omnia nostrae lucubrationis opuscula in hanc libelli partem contulimus nihilque a me aliud factum est illo die, ut ualetudini parcerem, nisi quod ante caenam cum ipsis dimidium uolumen Uergili audire cotidie solitus eram, nihil nobis ubique aliud quam

2 amantium *A* unde *HMP* innuant *T* 4 inhiantis *T* quaecumque *P* 5 atque] aut *M* ubique] ubicumque *Mm* quaeri] sectari (*om.* se) *a* 6 dari (i *ex* e) *A* uideres *A* intentius *M* 7 acutissimas *A* 8 rationis animalium expertium *Tm1* non *add. Am1 s.l.* 10 collectam *P* 12 ceruic(e)* *T* pennulas *AHMPm2T* 13 concinum *P* 16 ducere *Pm1* diceret *Am1* 17 multa remota *A* 20 immitatio *ex* immutatio *T* 21 uerissimae (r *ex* l) *T* motus *H* admoniti *HMPm2* 22 est *ex* esset *A* quo] ubi *M* 23 ibi] ubi *HP* res *om M* 24 quando] uel quomodo *Am2 in mg.* 26 actum aliud *A* aliud actum *HMT edd.* illa *M* 28 uirgilii *AMPm2T edd.*

rerum modum considerantibus, quem non probare nemo potest, sentire autem, cum quisque aliquid studiose agit, difficillimum atque rarissimum.

IX. 27. Deinde postridie bene mane alacres ad solitum locum conuenimus in eoque consedimus. et ego attentis in me ambobus: Hic esto, inquam, Licenti, quantum potes, et tu quidem, Trygeti; nec enim parua res agitur: de ordine quaerimus. quid ego nunc quasi in schola illa, unde me quoquo modo euasisse gaudeo, constitutus copiose atque ordinate uobis ordinem laudem? accipite, si uultis — immo facite ut uelitis — quo neque quicquam de huius laude breuius neque, ut mihi uidetur, uerius dici potest. ordo est, quem si tenuerimus in uita, perducet ad deum, et quem nisi tenuerimus in uita, non perueniemus ad deum. peruenturos autem nos iam, nisi me animus de nobis fallit, praesumimus et speramus. diligentissime igitur inter nos ista quaestio uersari debet atque dissolui. uellem adessent ceteri, qui nobiscum his negotiis solent interesse; uellem, si fieri potest, non istos tantum, sed omnes saltem familiares nostros, quorum semper admiror ingenium, nunc mecum habere quam uos estis intentos, aut certe ipsum tantum Zenobium, quem de hac re tanta molientem numquam pro eius magnitudine otiosus accepi. sed quia id non euenit, legent litteras nostras, quoniam instituimus iam de istis rebus uerba non perdere resque ipsas a memoria fugaces scriptorum quasi uinculo, quo reducantur, innectere. et sic fortasse ordo ipse poscebat, qui eorum procurauit absentiam. nam et uos profecto in rem tantam, quia solis perferenda inponitur nobis, erectiore animo insurgitis et cum illi legerint, qui nobis maxima cura sunt, si quid eos mouerit ad contradicendum, alias nobis disputationes disputatio ista procreabit seque ipsa successio sermonum in ordinem inseret disciplinae. sed nunc, ut promiseram, Licentio, quantum res patitur, aduersabor, qui totam causam iam paene confecit, si possit eam defensionis muro stabiliter firmeque uallare.

2 aliqui *HPm1* aliquis *M* 4 post tridie *APT* alacres *om. M* 5 attentis in me] attentissime (e *alt. in ras. P*) *HMP* 6 quantum] quam *P* 8 scola *codd.* 9 ornate *AT edd.* 13 peruenimus *Hm2M* nisi iam *A* 14 de uobis *om M* fallit (it *in ras.*) *P* 15 solui *Am1* 16 posset *AMT edd.* 17 saltim *A* tantum *P* 18 quam] tanquam (tan *s. m2*) *A* 21 iam *om. M* 22 a *om. A* 25 imponitur perferenda *M* uobis *A* 26 sunt *om. M* 28 procreauit *Am1* prosuccessio *A* 29 praemiseram *Am1H*

X. 28. Hic, ubi eos silentio uultu oculis suspensione atque immobilitate membrorum et rei magnitudine satis commotos et audiendi desiderio inflammatos esse conspexi: Ergo, inquam, Licenti, si tibi uidetur, collige in te quidquid uirium potes, elima quidquid habes acuminis et ordo iste quid sit definitione conplectere. — Tum ille ubi se ad definiendum cogi audiuit, quasi aqua frigida adspersus exhorruit et turbatiore uultu me intuens atque, ut fit, ipsa trepidatione subridens: Quid hoc est rei? quid quasi tibi uideor, inquit, annuere? nescio, quo aduenticio spiritu me credis inflatum. — Statimque sese animans. Aut fortasse, ait, aliquid mecum est? — Paululumque siluit, ut in definitionem, quidquid illi de ordine notionis erat, conduceretur, deinde erectior: Ordo est, inquit, per quem aguntur omnia, quae deus constituit.

29. Quid? ipse deus, inquam, non tibi uidetur agi ordine? — Prorsus, inquit, uidetur. — Ergo agitur deus? ait Trygetius. — Et ille: Quid enim? inquit; Christum deum negas, qui et ordine ad nos uenit et a patre deo missum esse se dicit? si igitur deus Christum ordine ad nos misit et deum Christum esse non negamus, non solum agit omnia sed agitur etiam deus ordine. — Hic Trygetius addubitans: Nescio, inquit, quomodo istuc accipiam. deum enim quando nominamus, non quasi mentibus ipse Christus occurrit, sed pater. ille autem tunc occurrit, quando dei filium nominamus. — Bellam rem facis, inquit Licentius. negabimus ergo dei filium deum esse? — Hic ille, cum ei respondere periculosum uideretur, tamen se coegit atque ait: Et hic quidem deus est, sed tamen proprie patrem deum dicimus. — Cui ego: Cohibe te potius, inquam; non enim filius improprie deus dicitur. — At ille religione commotus cum etiam uerba sua scripta esse nollet, urguebat

17 cf. Ioh. 6, 38

5 difinitione *A* 7 turbatiori *M* ipsa ut fit *Tm1* 8 est *om. A* *alt.* quid] quod *AM* 9 anuere *Hm1P* an uere *m* nescio] scio *Hm2M* 10 se *A* 11 ille *Hm1* nitionis *Pm1* notitionis *A* 12 conduceret (t *ex* tur *corr.*) *A* 14 non] num *ex* non *A* 15 *post* deus *add. Am2 s.l.* ordine 17 deo *om. M* deo patre *A* 19 agit] ait *H* etiam agitur deus ordine *AT* agitur ordine etiam deus *edd.* adubitans *P* an dubitans *H* 20 istud *Aa* 23 licentie** (e *ex* us) *A* 26 dicimus deum *Tm1* 27 ille] trigetius *a* 28 etiam] iam *Tm1* urgebat *AMPm2T*

Licentius, ut manerent, puerorum scilicet more uel potius hominum — pro nefas! — paene omnium, quasi uero gloriandi causa inter nos illud ageretur. cuius motum animi eum obiurgarem grauioribus uerbis, erubuit. qua eius perturbatione animaduerti ridentem laetantemque Trygetium et ambobus: Itane agitis? inquam; nonne uos mouet, quibus uitiorum molibus atque imperitiae tenebris premamur et cooperiamur? haecinest illa paulo ante uestra, de qua ineptus laetabar, attentio et in deum ueritatemque surrectio? o si uideretis uel tam lippientibus oculis quam ego, in quibus periculosis iaceamus, cuius morbi dementiam risus iste indicet! o si uideretis! quam cito, quam statim quantoque productius eum uerteretis in fletus! miseri, nescitis ubi simus? demersos quidem esse animos omnium stultorum indoctorumque commune est, sed non uno atque eodem modo demersis opem sapientia et manum porrigit. alii sunt, credite, alii sunt, qui sursum uocantur, alii, qui in profunda laxantur. nolite, obsecro uos, geminare mihi miserias. satis mihi sint uulnera mea, quae ut sanentur, paene cotidianis fletibus deum rogans indigniorem tamen esse me, qui tam cito saner, quam uolo, saepe memet ipse conuinco. nolite, obsecro, si quid mihi amoris, si quid necessitudinis debetis, si intellegitis, quantum uos diligam, quanti faciam, quantum me cura exagitet morum uestrorum, si dignus sum, quem non neglegatis, si denique deo teste non mentior, nihil me plus mihi optare quam uobis, rependite mihi beneficium, et si me magistrum libenter uocatis, reddite mihi mercedem: boni estote!

30. Hic ubi, ne plura dicerem, lacrimae mihi modum imposuerunt, Licentius molestissime ferens, quod omnia scribebantur: Quid enim, ait, fecimus, oro te? — Adhuc, inquam, nec fateris saltem peccatum tuum? tu nescis in illa schola grauiter me stomachari solitum, quod usque adeo pueri non utilitate ac decore disciplinarum sed inanissimae laudis amore ducerentur, ut quosdam etiam

2 uero *om. A* 7 imperitia& *AT* coopiamur *T* haeccine est (c *alt. et* e *alt. m2*) *P* haecine est *AT* haec est *M* 9 lyppientibus *H* 10 periculis *AHMT edd.* 11 qu**q; (u *s.*) *A* 12 sumus *Tm* demersos *om. M* 16 mihi geminare *A* 18 me esse *A* 21 *pr.* quantum] quanti *Am1* 24 libenter *om M* redite *T* 27 scriberentur *M* 28 saltim *AM* 29 stomacari *T* 30 quod (d *m2 in ras.*) *A* atque *edd.* disciplinae *M* 31 immanissimae *A*

aliena uerba recitare non puderet exciperentque plausus — o ingemescendum malum! — ab eisdem ipsis, quorum erant illa, quae recitabant. ita uos, quamuis nihil umquam, ut opinor, tale feceritis, tamen et in philosophiam et in eam uitam, quam me tandem occupasse laetor, aemulationis tabificae atque inanis iactantiae ultimam sed nocentiorem ceteris omnibus pestem introducere ac proseminare conamini et fortasse, quia uos ab ista uanitate morboque deterreo, pigriores eritis ad studia doctrinae et ab ardore uentosae famae repercussi in torporem inertiae congelabitis. me miserum, si necesse erit tales etiam nunc perpeti, a quibus uitia decedere sine aliorum uitiorum successione non possint! — Probabis, ait Licentius, quam purgatiores futuri simus. modo illud obsecramus per omnia, quae diligis, ut ignotum nobis uelis atque illa omnia deleri iubeas, simul ut parcas etiam tabulis, quas iam non habemus. non enim aliquid in libros translatum est eorum, quae a nobis multa disserta sunt. — Prorsus, inquit Trygetius, maneat nostra poena, ut ea ipsa quae nos inlicit fama flagello proprio a suo amore deterreat. ut enim solis amicis et familiaribus nostris litterae istae innotescant, non parum desudabimus. — Assensus est ille.

XI. 31. Atque interea mater ingressa est quaesiuitque a nobis, quid promouissemus; nam et ei quaestio nota erat. cuius et ingressum et rogationem cum scribi nostro more iussissem: Quid agitis? inquit; numquidnam in illis quos legitis libris etiam feminas umquam audiui in hoc genus disputationes inductas? — Cui ego: Non ualde curo, inquam, superborum imperitorumque iudicia, qui similiter in legendos libros atque in salutandos homines inruunt. non enim cogitant, quales ipsi, sed qualibus indnti uestibus sint et quanta pompa rerum fortunaeque praefulgeant. isti enim in litteris non multum attendunt, aut unde sit quaestio aut quo peruenire disserentes moliantur quidue ab eis explicatum atque confectum sit. in quibus tamen quia

1 non puderet recitare *M* gemiscendum *T* 2 ab eisdem *om.M* 4 *pr.* in *om.P* 5 iactantiam *AT* 9 miserum me *T* 10 decere *T* decidere *M* uitiorum aliorum *A* 12 probatiores *Hm1* 13 diligitis *T* 15 diserta *M* desiderata *Hm1* 17 fame *Tm1* 19 desudauimus *Am2* 22 cum scribi] conscribi *T* 23 femina sum quam *H* 24 disputationis *AHMPm2T edd.* 25 inquam curo *A* supborum *T* imperitorum (*om.* que) *H* in intelligendos (in *s. m2*) *A* 26 in *om.T*

nonnulli reperiuntur, quorum animi contemnendi non sunt — aspersi sunt enim quibusdam condimentis humanitatis et facile per aureas depictasque ianuas ad sacrosancta philosophiae penetralia perducuntur — satis eis fecerunt et maiores nostri, quorum libros tibi nobis legentibus notos esse uideo, et his temporibus — ut omittam ceteros — uir et ingenio et eloquentia et ipsis insignibus muneribusque fortunae et, quod ante omnia est, mente praestantissimus Theodorus, quem bene ipsa nosti, id agit, ut et nunc et apud posteros nullum genus hominum de litteris nostrorum temporum iure conqueratur. mei autem libri si quorum forte manus tetigerint lectoque meo nomine non dixerint: 'iste quis est?' codicemque proiecerint, sed uel curiosi uel nimium studiosi contemta uilitate liminis intrare perrexerint, me tecum philosophantem non moleste ferent nec quemquam istorum, quorum meis litteris sermo miscetur, fortasse contemnent. sunt enim non solum liberi, quod cuiuis disciplinae liberali, nedum philosophiae satis est, sed summo apud suos loco nati. doctissimorum autem hominum litterae etiam sutores philosophatos et multo uiliora fortunarum genera continent, qui tamen tanta ingenii uirtutisque luce fulserunt, ut bona sua cum qualibet huiusce modi nobilitate nullo modo uellent, etiamsi possent, ulla conditione mutare. nec deerit, mihi crede, tale hominum genus, cui plus placeat hoc ipsum, quia mecum philosopharis, quam si quid hic aliud aut iucunditatis aut grauitatis inuenerit. nam et feminae sunt apud ueteres philosophatae et philosophia tua mihi plurimum placet.

32. Nam ne quid, mater, ignores, hoc Graecum uerbum, quo philosophia nominatur, Latine amor sapientiae dicitur. unde etiam diuinae scripturae, quas uehementer amplecteris, non omnino philosophos, sed philosophos huius mundi uitandos atque inridendos esse praecipiunt. esse autem alium mundum ab istis oculis remotissimum,

18 cf. Retract. I 3, 7 28 cf. Col. 2, 8

1 repperiuntur *MP* contempnendi *Pm1* conuertendi *T* 3 penitralia *AT* 5 obmittam *T* 8 *alt.* et *om. Am1* 9 conquęrantur *A* 10 meum autem librum *A* 11 sed uel (cum *s.* uel *m2*) *A* 12 studiosi nimium *A* contenta *MP* contempta *AHT* uilitate] utilitate *Hm2 in mg.* humilitate *M* 13 philosophante *H* 15 contem*nent (p *ras.*) *P* 18 multos *A* 20 condicione *Pm2* 22 aliud] aliquid *T* 23 *pr.* aut *om. A* iocunditatis *AMPm1T* 24 philophatae *Am1* 25 quo] quod *HT* 28 euitandos *AHMT edd.* esse *om. Tm1* 29 alium autem *A*

quem paucorum sanorum intellectus intuetur, satis ipse Christus significat, qui non dicit: 'regnum meum non est de mundo', sed: r e g n u m m e u m n o n e s t d e h o c m u n d o. nam quisquis omnem philosophiam fugiendam putat, nihil nos uult aliud quam non amare sapientiam. contemnerem te igitur in his litteris meis, si sapientiam non amares, non autem contemnerem, si eam mediocriter amares, multo minus, si tantum, quantum ego, amares sapientiam. nunc uero cum eam multo plus quam me ipsum diligas et nouerim, quantum me diligas, cumque in ea tantum profeceris, ut iam nec cuiusuis incommodi fortuiti nec ipsius mortis, quod uiris doctissimis difficillimum est, horrore terrearis, quam summam philosophiae arcem omnes esse confitentur, egone me non libenter tibi etiam discipulum dabo?

33. Hic illa cum blande ac religiose numquam me tantum mentitum esse dixisset et uiderem tam multa nos uerba fudisse, ut neque scribenda non essent et iam libri modus esset neque tabulae reliquae forent, placuit quaestionem differri, simul ut meo stomacho parcerem. nam eum plus, quam uellem, commouerant ea, quae mihi euomenda in illos adulescentes necessario uisa sunt. sed cum abire coepissemus: Memento, inquit Licentius, quam multa et quam necessaria nobis abs te accipienda per occultissimum illum diuinumque ordinem etiam te nesciente subministrentur. — Uideo, inquam, et ingratus deo non sum uosque ipsos, qui haec aduertitis, ob id ipsum praesumo fore meliores. — Hoc fuit tantum illo die negotium meum.

1 cf. Retract. I 3, 8  3 Ioh. 18, 36

1 Christus ipse *AHM*  2 *pr.* non *om.Mm1*  *alt.* non *eras. H*  4 phylosophia *T*  5 contempnerem *Pm1Tm2*  7 *alt.* amare *H*  9 et nouerim—diligas *om.Hm1*  10 fortuiti *om.Tm1*  14 relegiose *P*  15 et] et cum *M* nos] non *T*  16 non] *om.Tm1* nunc *s. ras. A*  17 reliqui *MP*  sthomacho *P* 18 ea] eā *Pm1*  22 diuinam *A*  23 non *om.Tm1*  auertitis *T*  25 meum. amen *A*

## LIBER SECUNDUS.

I. 1. Interpositis deinde pauculis diebus uenit Alypius et exorto sole clarissimo inuitauit caeli nitor et, quantum in illis locis hieme poterat, blanda temperies in pratum descendere, quo saepius et familiarius utebamur. nobiscum erat etiam mater nostra, cuius ingenium atque in res diuinas inflammatum animum cum antea conuictu diuturno et diligenti consideratione perspexeram tum uero in quadam disputatione non paruae rei, quam die natali meo cum conuiuis habui atque in libellum contuli, tanta mihi mens eius apparuerat, ut nihil aptius uerae philosophiae uideretur. itaque institueram, cum abundaret otio, agere, ut conloquio nostro non deesset. quod et in primo etiam huius operis libro abs te cognitum est.

2. Cum igitur memorato in loco, ut commode potuimus, consedissemus, ego illis duobus adulescentibus: Quamuis uobis, inquam, suscensuerim pueriliter de magnis rebus agentibus, tamen mihi uidetur non sine ordine propitio deo accidisse, quod in sermone, quo uos ab ista leuitate detrahebam, tempus ita consumptum est, ut res tanta ad Alypii aduentum dilata uideatur. quapropter quoniam ei iam quaestionem notissimam feci et quantum in ea processerimus ostendi, paratusne es, Licenti, causam, quam suscepisti, ex illa tua definitione defendere? nam meminisse me arbitror te ordinem esse dixisse, per quem deus ageret omnia. — Paratus sum, inquit, quantum ualeo. — Quomodo ergo, inquam, agit ordine omnia deus? itane, ut etiam se ordine agat? an praeter eum ordine ab

1 EXPL̄ AURELII AUGUSTINI DE ORDINE LIBER ·I· INCIPIT LIBER ·II· *P* AURELII AUGUSTINI EPISCOPI DE ORDINE LIBER ·I· EXPLICIT · INCIPIT LIBER SECUNDUS *H* EXPLICIT LIBER ·I· DE ORDINE · INCIPIT LIBER SECUNDUS DE ORDINE *M* AURELII AUGUSTINI DE ORDINE LIB̄ ·I· ***LICIT · INCIPIT EIUSDEM LIB̄ II *T* EXPLICIT LIBER PRIMUS · INCIPIT SC̄DS DE ORDINE *A* 2 alyppius *P* 4 blande *Am1* 5 nostra] mea *Am2 s.l.* 7 tum] tu *T* 8 in quadam] inquam (quam *del. m2*) *A* 9 conuiis *H* 10 crederetur *M* 11 instrueram *A* habundaret *T* 12 et *om. AMT edd.* libro *om. M* 15 succensuerim *AMT* magis *Pm1* 16 quod] quo *Tm1* 17 isto *Am1* tempus *om. M* 18 alyppii *P* dilata aduentum *A* 19 feci et] faciet *H*

eo cetera gubernantur? — Ubi omnia bona sunt, inquit, ordo non est. est enim summa aequalitas, quae ordinem nihil desiderat. — Negas, inquam, apud deum omnia bona esse? — Non nego, inquit. — Conficitur, inquam, neque deum neque illa, quae apud deum sunt, ordine administrari. — Concedebat. — Numquidnam, inquam, omnia bona nihil tibi uidentur esse? — Immo, ait, ipsa uere sunt. — Ubi ergo est, inquam, illud tuum, quod dixisti, omnia quae sunt ordine administrari nihilque omnino esse, quod ab ordine separatum sit? — Sed sunt, inquit, etiam mala, per quae factum est, ut et bona ordo concludat; nam sola bona non ordine reguntur sed simul bona et mala. cum autem dicimus: 'omnia quae sunt', non sola utique bona dicimus. ex quo fit, ut omnia simul, quae deus administrat, ordine administrentur.

3. Cui ego: Quae administrantur et aguntur, uidentur tibi moueri an immobilia putas esse? — Ista, inquit, quae in hoc mundo fiunt, fateor moueri. — Reliqua, inquam, negas? — Quae sunt cum deo, inquit, non mouentur; reliqua omnia moueri arbitror. — Cum igitur ea, quae cum deo sunt, inquam, non moueri putas, cetera autem concedis moueri, ostendis omnia, quae mouentur, non esse cum deo. — Repete hoc ipsum, inquit, paulo planius. — Quod non mihi uisus est difficultate intellegendi fieri noluisse, sed quaerendi spatium, quo inueniret quid responderet. — Dixisti, inquam, ea quae cum deo sunt non moueri, cetera autem moueri. si ergo haec, quae mouentur, non mouerentur, si essent cum deo, quoniam omnia, quae sunt cum deo, negas moueri, restat, ut praeter deum sint quae mouentur. — Quibus dictis adhuc tacebat, cum tandem: Uidetur mihi, inquit, quod et in hoc mundo si qua non mouentur, cum deo sunt. — Nihil hoc ad me, inquam; fateris enim, ut opinor, non omnia, quae in hoc mundo sunt, non moueri. ex quo conficitur non omnia mundi huius esse cum deo. — Fateor, inquit, non omnia. — Ergo est aliquid sine deo? — Non, inquit. — Cum deo sunt igitur omnia. — Hic cunctabundus: Quaeso, inquit, illud non dixerim, quod sine deo nihil sit; nam prorsus omnia, quae mouentur, non mihi uidentur

7 ergo illud est inquam *A* est ergo inquam illud *edd.* 9 etiam inquit *A* 10 ordo ordo *H* 11 solum *a* 12 diximus *A* omnia••• (quę *ras.*) *P* 15 mundo sunt *M* fiunt mundo *edd.* 21 spacio *Ta* 24 cum deo essent *Tm1* 27 et *om.* *AT* 28 non *s. ras.* *Am2* 31 igitur sunt *A* sunt (*om.* igitur) *M* 32 hinc *A* 33 nihil *om.* *Tm1*

esse cum deo. — Sine deo est, inquam, igitur caelum hoc, quod moueri nemo ambigit. — Non est, inquit, sine deo caelum. — Ergo est aliquid cum deo, quod moueatur? — Non possum, inquit, ut uolo, explicare quod sentio; tamen quid moliar dicere, peto, ut non exspectatis uerbis meis sagacissime, si potestis, intellegatis. nam et sine deo mihi nihil uidetur esse et, quod cum deo est, rursum uidetur inconcussum manere; caelum autem dicere sine deo esse non possum, non solum quod nihil sine deo esse arbitror sed quod caelum putem habere aliquid, quod non mouetur, quod uero aut deus est aut cum deo, quamuis ipsum caelum non dubitem uerti ac moueri.

II. 4. Defini ergo, inquam, si placet, quid sit esse cum deo et quid sit non esse sine deo. si enim de uerbis inter nos controuersia est, facile contemnetur, dummodo rem ipsam, quam concepisti mente, uideamus. — Odi ego, inquit, definire. — Quid ergo faciemus? inquam. — Tu, inquit, defini quaeso. nam facilius est mihi uidere in alterius definitione, quid non probem, quam quicquam bene definiendo explicare. — Geram tibi morem, inquam. uidetur tibi id esse cum deo, quod ab eo regitur atque administratur? — Non, ait ille, hoc animo conceperam, cum dicebam ea quae non mouentur esse cum deo. — Uide ergo, inquam, utrum haec tibi saltem definitio placeat: cum deo est quidquid intellegit deum. — Concedo, inquit. — Quid ergo? inquam; sapiens deum tibi intellegere non uidetur? — Uidetur, inquit. — Cum ergo sapientes non solum in una domo aut urbe sed etiam per inmensa regionum peregrinando nauigandoque moueantur, quomodo erit uerum quidquid cum deo est non moueri? — Risum mihi, inquit, mouisti, quasi ego quod sapiens facit dixerim esse cum deo. cum deo est, sed illud quod nouit. — Non nouit, inquam, sapiens codicem suum pallium tunicam supellectilem, si quam habet, ceteraque id genus, quae stulti etiam bene nouerunt? — Fateor, inquit, nosse tunicam et nosse pallium non esse cum deo.

1 hoc *om. AMm1T* 2 nemo *om. M* 3 ut] quod *H* 4 quid] quod *AT* molior *A* exspectetis *HP* 6 nihil mihi *AT* esse *om. M* sursum *M* 7 esse—solum *Tm2 in ras.* 9 non *om. Tm1* uere *AT edd.* aut] autem *HP* 10 ac] aut *T* 11 cum] sine *A* 12 non *eras. A* sine] cum *ATm1* inter nos *om M* 13 contem*netur (p *ras.*) *P* mente concepisti *M* 16 quicquam] quid *A* 17 id *om. M* 18 non] nunc *A* 22 tibi deum *edd.* non *om. M* 24 inmensam *H* 25 est *om. Tm1* inquit mihi *MT* 27 deo—sed *om. M* 28 suppellectilem *A* superlectilem *Pm1* haberet *T*

5. Hoc ergo, inquam, dicis, non omne, quod nouit sapiens, esse cum deo, sed tamen quidquid sapientis cum deo est, id nosse sapientem. — Optime, inquit; nam quidquid sensu isto corporis nouit, non est cum deo, sed illud, quod animo percipit. plus etiam fortasse audeo dicere, sed tamen dicam; uobis enim existimatoribus aut confirmem aut discam. quisquis ea sola nouit, quae corporis sensus attingit, non solum cum deo esse non mihi uidetur sed ne secum quidem. — Hic cum Trygetium animaduertissem in eo uultu, ut nescio quid uelle redicere uideretur, sed uerecundia eum, ne quasi in alienum locum inrueret, contineri, feci potestatem iam tacente Licentio, ut promeret, si quid uellet. at ille: Ista, inquit, quae ad sensus corporis pertinent, prorsus nemo mihi uidetur nosse. aliud est enim sentire, aliud nosse. quare si quid nouimus, solo intellectu contineri puto et eo solo posse conprehendi. ex quo fit, ut, si illud est cum deo, quod intellegendo sapiens nouit, totum quod nouit sapiens possit esse cum deo. — Quod cum Licentius approbasset, subiecit aliud, quod nullo pacto possem contemnere. ait enim: Sapiens prorsus ipse cum deo est; nam et se ipsum intellegit sapiens. quod conficitur et ex eo, quod a te accepi, id esse cum deo, quod intellegit deum, et ex eo, quod a nobis dictum est, id esse cum deo, quod a sapiente intellegitur. sed hanc eius partem, per quam istis utitur sensibus — non enim puto connumerandam esse, cum sapientem uocamus — fateor me nescire nec omnino cuius modi sit suspicari.

6. Negas ergo, inquam, non solum ex corpore et anima sed etiam ex anima tota constare sapientem, si quidem partem istam, qua utitur sensibus, animae esse negare dementis est. non enim ipsi oculi uel aures sed nescio quid aliud per oculos sentit. ipsum autem sentire si non damus intellectui, non damus alicui parti animae. restat, ut corpori tribuatur, quo absurdius dici nihil mihi interim uidetur. — Anima, inquit, sapientis perpurgata uirtutibus et iam cohaerens deo sapientis etiam nomine digna est nec quicquam eius aliud delectat appellare sapientem; sed tamen quasi quaedam, ut

2 *pr.* sapienti *A* 4 esse *A* 5 enim] etiam *Tm1* 6 confirmer *AT edd.* quisquis enim ea *ATm* 7 attigit *A* 9 dicere *AHMT edd.* 11 ill*e (a *ras.*) *P* 12 nemo prorsus *M* mihi nemo *A* 13 in intellectu *H* 16 probasset *A* 17 contem*nere *P* 18 cum deo ipse *A* cum deo (*om.* ipse) *m* se *om. Tm1* 23 me *om. M* 25 utimur *Tm1* 26 anima *H* 29 interim mihi *AHMm2T edd.* interim *Mm1* 32 delectat] decet *AT edd.* appellari *Am*

ita dicam, sordes atque exuuiae, quibus se ille mundauit et quasi subtraxit in se ipsum, ei animae seruiunt uel, si tota haec anima dicenda est, ei certe parti animae seruiunt atque subiectae sunt, quam solam sapientem nominari decet. in qua parte subiecta etiam ipsam memoriam puto habitare. utitur ergo hac sapiens quasi seruo, ut haec ei iubeat easque iam domito atque substrato metas legis inponat, ut dum istis sensibus utitur propter illa, quae iam non sapienti sed sibi sunt necessaria, non se audeat extollere nec superbire domino nec his ipsis, quae adpertinent, passim atque immoderate uti. ad illam enim uilissimam partem possunt ea pertinere, quae praetereunt. quibus autem est memoria necessaria nisi praetereuntibus et quasi fugientibus rebus? ille igitur sapiens amplectitur deum eoque perfruitur, qui semper manet nec expectatur, ut sit, nec metuitur, ne desit, sed eo ipso, quo uere est, semper est praesens. curat autem immobilis et in se manens serui sui quodam modo peculium, ut eo tamquam frugi et diligens famulus bene utatur parceque custodiat.

7. Quam sententiam eius cum admiratione considerans recordatus sum id ipsum aliquando me breuiter illo audiente dixisse. tum arridens: Gratias age, inquam, Licenti, huic seruo tuo, qui tibi nisi aliquid de peculio suo ministraret, nunc fortasse quod promeres non haberes. nam si ad eam partem memoria pertinet, quae se uelut famulam bonae menti regendam concedit, ipsa nunc adiutus es, mihi crede, ut hoc diceres. ergo antequam ad illum ordinem redeam, nonne tibi uidetur uel propter talia, id est propter honestas ac necessarias disciplinas, memoria opus esse sapienti? — Quid, inquit, memoria opus est, cum omnes suas res praesentes habeat ac teneat? non enim uel in ipso sensu ad id, quod ante oculos nostros est, in auxilium uocamus memoriam. sapienti igitur ante illos interiores intellectus oculos habenti omnia, id est deum ipsum fixe immobiliterque intuenti, cum quo sunt omnia, quae intellectus uidet ac possidet,

1 exubiae *Tm1* ille *om.M* 2 **seruiunt (in *ras.*) *T* 6 imponit *A* 7 illā (ā *m2*) *P* 9 iis *m* adpertinent *Hm1MP* ad se pertinent *AHm2T* uel eam *Hm2 s.l.* 12 **sapiens (sa *ras.*) *P* 15 quodādmodo *Pm1* quodadmodo *H* quodamodo *M* 16 famulos *P* custodiam *P* 18 ille *Tm1* 19 inquam *om.Mm1* aliquid nisi *A* 20 quod] quid *a* 24 *alt.* propter] uel pr. *Am1T* 25 sapientis *Am1* inquam *P* 28 uocamus] nobis uocamus *AT edd.* igitur] ergo *edd.* ạṇante *P* 29 omnia *om.M*

quid opus est quaeso memoria? mihi autem ut opus esset ad haec quae abs te audieram retinenda, nondum sum illius famuli dominus sed ei modo seruio, modo pugno, ut non seruiam, et quasi audeo me adserere in libertatem meam, et si forte aliquando impero atque obtemperat mihi facitque saepe putare, quod uicerim, in aliis rursus rebus ita sese erigit, ut eius sub pedibus miser iaceam. quam ob rem quando de sapiente quaerimus, me nolo nomines. — Nec me, inquam; sed tamen numquidnam sapiens iste suos potest deserere aut ullo pacto, cum hoc corpus agit, in quo istum famulum sua lege deuinctum tenet, relinquit officium beneficia tribuendi quibus potest et maxime, quod ab eo uehementissime flagitatur, sapientiam ipsam docendi? quod cum facit, ut congrue doceat minusque ineptus sit, praeparat saepe aliquid, quod ex dispositione eloquatur ac disputet, quod nisi memoriae commendauerit, pereat necesse est. ergo aut officia beniuolentiae negabis esse sapientis aut confiteberis res aliquas sapientis memoria custodiri. an fortasse aliquid suarum rerum non propter se quidem sed propter suos, sibi tamen necessarium commendat seruandum illi famulo, ut ille tamquam sobrius et ex optima domini disciplina non quidem custodiat, nisi quod propter stultos ad sapientiam perducendos sed quod ei tamen ille custodiendum imperarit? — Nec omnino huic, inquit, commendari quicquam arbitror a sapiente, si quidem ille deo semper infixus est siue tacitus siue cum hominibus loquens; sed ille seruus iam bene institutus diligenter seruat, quod interdum disputanti domino suggerat et ei tamquam iustissimo gratum faciat officium suum, sub cuius se uidet potestate uiuere, et hoc facit non quasi ratiocinando sed summa illa lege summoque ordine praescribente. — Nihil, inquam, nunc resisto rationibus tuis, ut quod suscepimus potius peragatur. de isto uero diligenter, quem ad modum sese ha-

1 *pr.* esset *T* ut *eras. A*, *om. M* esset] est ut *A* 2 nondum] nam non *A* 3 seruio modo *A* 4 me audeo *edd.* 5 impero] uel imperem *Am2* obtemperat (et *s.* at *m2*) *A* faciat *Am2* saepe] se *A* 6 in aliis *ex* maliis *Pm2* ita *om. M* miser] ego m. *Am. post.* 8 iste sapiens *M* 9 opus *ex* corpus *A* in *eras. A* 10 relinquet *edd.* 13 ut *post* saepe *add. Am2* quod *om. A* 14 ac] ut *M* 16 an] aut *Ha* 17 suos] uos *P* 18 necessarios *Ta* illi seruandum *A* 19 sobri*us (n *ras.*) *P* 20 *pr.* quod *om. a* praeter *M* tantum *M* 21 imperauerit (ue *s. m2*) *A* 22 semper deo *m* deo infixus est semper *a* 23 tacitus siue *om. M* 24 disputandi *Hm1* 25 domino *om. M* 26 sese *T* 29 uero] uerbo *M*

beat — non enim parua res est aut tam paruo sermone contenta — uidebimus alias, cum deus ipse oportunitatem ordine dederit.

III. 8. Definitum est autem, quid sit esse cum deo, et cum a me dictum est id esse cum deo, quod intellegit deum, uos etiam plus adiecistis, ut ibi sint etiam illa, quae intelleguntur a sapiente. qua in re multum me mouet, quomodo subito cum deo stultitiam collocaueritis. nam si cum deo sunt, quaecumque intellegit sapiens, nec nisi intellectam stultitiam effugere potest, erit etiam, quod dictu nefas est, pestis illa cum deo. — Qua conclusione commoti cum in silentio se aliquantum tenuissent: Respondeat, inquit Trygetius, etiam ille, de cuius aduentu ad istam disputationem oportunissimo non nos puto temere gratulatos. — Tum Alypius: Deus meliora! inquit; hucine mihi tandem tantum meum silentium parabatur? sed inrupta iam quies est. uerum nunc enitar huic utcumque rogationi satisfacere, cum mihi prius uel futurum prospexero et a uobis impetrauero, ut a me amplius ista responsione nihil flagitetis. — Nullo modo, inquam, est, Alypi, beneuolentiae atque humanitatis tuae uocem tuam sermoni nostro etiam desideratam negare. sed perge modo, quod instituisti effice; cetera, ut iam sese habet ordo ille, prouenient. — Aeque mihi de ordine, inquit, sunt speranda meliora, in cuius adsertione interim me substituere uoluistis. sed, ni fallor, ob hoc stultitiam deo ista tua conclusione ab his copulatam putasti, quod uniuersa, quae intellegit sapiens, cum deo esse dixerunt. sed id quatenus accipiendum sit, nunc omitto; tuam illam ratiocinationem paululum aduerte. dixisti quippe: 'nam si cum deo sunt, quaecumque intellegit sapiens, nec nisi intellectam stultitiam effugere potest' — quasi uero illud obscurum sit, antequam stultitiam quisque uitet, sapientis eum nomine non esse censendum — et dictum est a sapiente intellecta esse cum deo: cum igitur euitandae stultitiae

25 cf. lin. 7

2 ordine *om.T* 4 est] esset *AT edd.* 5 ab*iecistis *T* quarę *H* 6 me *om.M* colloueritis *Am1* 7 quaecumque] quaecum *MPm1* 8 dictum *Hm1P* 11 o*portunissimo (p *ras.*) *P* 12 gratulos *Tm1* alyppius *P semper* inquit meliora *A* 13 huccine *Am2HPm2Tm* huic ne *a* 14 **quies (re *ras.*) *T* iam quies est *ex* requiesset *Pm2* 15 in futurum *AT edd.* 19 perfice *A* se *A* 20 aequi *Am1* atqui *Am2* speranda sunt *M* **speranda *T* 21 assertionem *AT* nisi *A* 24 quatinus *T* ratiotinationem *A* 25 aduerte] libet aduertere *a* nam si] non *A* 28 dictum est] dicis ista *AT* 29 sapienti (*om.* a) *A*

gratia eandem stultitiam quisque intellegit, nondum est sapiens. cum autem fuerit, non inter ea, quae ille intellegit, stultitia numeranda est. quam ob rem quoniam ea coniuncta sunt deo. quae iam sapiens intellegit, recte a deo stultitia secernetur.

9. Acute quidem, inquam, ut soles, Alypi, respondisti, sed tamquam in alienas trusus angustias. tamen quia, ut arbitror, adhuc mecum stultus esse dignaris, quid faciemus, si aliquem nanciscamur sapientem, qui nos tanto malo docendo ac disputando libenter liberet? nam nihil eum prius, quantum arbitror, deprecaturus sum, nisi ut mihi ostendat, quae sit, quid sit, qualis sit omnino stultitia. de te enim non facile adfirmarim; me tamen tantum et tam diu detinet, quantum et quamdiu a me non intellegitur. dicturus est ergo ille te auctore: 'ut hoc uos docerem, quando stultus eram, ad me uenire debuistis; modo autem uos uestri magistri esse poteritis; nam ego iam stultitiam non intellego'. quod quidem ab eo si audirem, non uererer ammonere hominem, ut comes nobis fieret, simulque magistrum alium quaereremus. ut enim plene stultitiam non intellego, uideo tamen nihil responsione hac esse stultius. sed pudebit eum fortasse ita nos aut relinquere aut sequi. disputabit ergo et exaggerabit copiosissime stultitiae mala. nos autem bene nobis prouidentes aut audiemus attente hominem nescientem, quae loquatur, aut credemus eum id, quod non intellegit, scire aut adhuc deo susceptorum tuorum ratione stultitia copulata est. nihil autem superiorum est, quod uideo posse defendi: restat igitur, quod non uultis, extremum. — Numquam te, inquit, inuidum senseram. nam si ab istis, ut dicis, susceptis quicquam honorarii, ut solet, accepissem, dum ratiocinationis huius nimium tenax es, id eis modo reddere cogerer. quare

2 fuerit] sapiens fuerit *AHT edd.* 3 ea *om. A* 4 a deo] ad eos *P* secernitur *MPm2 edd.* 6 tamquam] iam quam *P* tamen *A* 7 faciamus *A* 8 a tanto (a *s. m2*) *A* tautum *M* libet *T* 11 affirmauerim *AHMT edd.* 12 *a me non (n *alt. s.*) *P* ergo est *M* 15 si ab eo audirem *Tm1* 16 non *ante* ammonere *add. Am2* 17 ut] quamuis *Am2* 18 intelligam *A* 20 exaggerans (*om.* et) *A* 21 audimus *Hm1* 22 attende *P* 23 aut] et *T* adhunc *Am1* deo* (rum *ras.*) *A* 24 stultitiae *Hm1P* est superiorum *A* 25 uideam (am *ex* o *m2*) *A* 26 discis *HP* 27 honorari *H* accepisse *HMP* ratio*cinationis (a *ras.*) *P* ratiocinationes *H* 28 id] ut *H* redere *Tm1*

uel hoc contenti sint, quod me tecum laborante non parum eis ad excogitandum temporis dedi, uel, si uicti patroni nulla quidem sua culpa consilio libenter auscultant, et in hoc iam tibi cedant et sint in ceteris cautiores.

10. Non contemnam, inquam, quod in tua defensione Trygetius nescio quid etiam perstrepens dicere cupiebat, faciamque bona tua uenia; nam fortasse non bene instructus es, qui recens huic negotio superuenisti, ut remoto patrocinio ipsos causam suam peragentes audiam patienter, ut coeperam. — Tum Trygetius Licentio prorsus absente: Quomodo uultis, inquit, accipite et ridete stultitiam meam. non mihi uidetur debere dici intellectus, quo intellegitur ipsa stultitia, quae non intellegendi uel sola uel maxima causa est. — Non facile, inquam, recuso istud accipere. quamuis enim me multum moueat, quod sentiat Alypius, quomodo recte possit quisque docere, qualis sit res, quam non intellegit, quantamque menti afferat perniciem, quod mente non uidet — nam id utique attendens, quod tu dixisti, dicere est ueritus, cum ei sit ista etiam de doctorum libris nota sententia — tamen sensum ipsum considerans corporis — nam et isto ipso anima utitur et ipsa sola est cum intellectu qualiscumque conlatio — adducor, ut dicam neminem posse uidere tenebras. quam ob rem si menti hoc est intellegere, quod sensui uidere, et licet quisque oculis apertis sanis purisque sit, uidere tamen tenebras non potest, non absurde dicitur intellegi non posse stultitiam; nam nullas alias mentis tenebras nominamus. nec iam illud mouebit, quomodo stultitia possit non intellecta uitari. ut enim oculis tenebras uitamus eo ipso, quo nolumus non uidere, sic quisquis uolet uitare stultitiam, non eam conetur intellegere, sed ea, quae possunt intellegi, per hanc se non intellegere doleat eamque sibi esse praesentem, non quo ipsam magis intellegit sed quo alia minus intellegit, sentiat.

1 sunt *APm1* paruum *codd.* 5 contem∗nam *P* 6 cupiebam *Hm1MP* 8 tuam *A* 10 stulticia *T* 13 enim *Hm2 s.l.* multum me *A* 14 sentit *AMT edd.* 15 dicere *A* non *add. Pm1 s.l.* 16 *alt.* mentem *T* 17 ueritus est *M* ei *om.M* 19 consideras *Am1* animo *Am1T* 21 meti *Pm1* 22 quod—uidere *om.M* plurisque *Hm1* 24 nullos *Am1* mentes *P* 25 possit stulticia *M* 26 non *om.M* 28 non *om.Am1* *alt.* intellegi (in *s. m2*) *P* intellegi *Hm1*

IV. 11. Sed ad ordinem redeamus, ut nobis aliquando reddatur Licentius. illud enim ex uobis iam requiro, utrum quaecumque agit stultus ordine uobis agere uideatur. nam uidete, rogatio quos laqueos habeat. si ordine dixeritis, ubi erit illa definitio: ordo est, quo deus agit omnia, quae sunt, si etiam stultus, quae agit, agit ordine? si autem ordo non est in his, quae aguntur ab stulto, erit aliquid, quod ordo non teneat; neutrum autem uultis. uidete quaeso, ne cuncta ipsius ordinis defensione turbetis. — Hic item Trygetius — nam ille alter adhuc omnino absens erat —: Facile est, inquit, huic quidem respondere conplexioni tuae, sed me in praesentia similitudo deficit, qua sententiam meam uideo asseri inlustrarique debere. tamen dicam, quod sentio; facies enim tu, quod paulo ante fecisti. non enim illa commemoratio tenebrarum ad id, quod a me inuolutum erat, parum nobis attulit luminis. namque omnis uita stultorum quamuis per eos ipsos minime constans minimeque ordinata sit, per diuinam tamen prouidentiam necessario rerum ordine includitur et quasi quibusdam locis illa ineffabili et sempiterna lege dispositis nullo modo esse sinitur, ubi esse non debet. ita fit, ut angusto animo ipsam solam quisque considerans ueluti magna repercussus foeditate auersetur. si autem mentis oculos erigens atque diffundens simul uniuersa conlustret, nihil non ordinatum suisque semper ueluti sedibus distinctum dispositumque reperiet.

12. Quam magna, inquam, quam mira mihi per uos deus ille atque ipse, ut magis magisque credere adducor, rerum nescio quis occultus ordo respondet! nam ea dicitis, quae nec quomodo dicantur non uisa nec quomodo ea uideatis intellego; ita ea et uera et alta esse suspicor. simile autem aliquod in istam sententiam tu fortasse unum requirebas. at mihi iam occurrunt innumerabilia, quae me ad consentiendum prorsus trahunt. quid enim carnifice tetrius? quid illo animo truculentius atque dirius? at inter

2 iam ex uobis *edd.* 6 ordine agat *A* iis *m* 9 item] autem *A* 10 quidem *om.H* 11 cō*plexioni (n *ras.*) *P* conexioni *M* defecit *Am1* 13 tu *om.M* 14 id *in ras. T* inuolutum *HMP* inuolutum prolatum *ATm* inuolutum et prolatum *a* 19 debet] dubitet *P* 22 inordinatum (*om.* non) *A* 23 re*periet (p *ras.*) *P* reperit *A* 24 *pr.* quam] et quam *A* 28 esse *om.M* aliquid *AM* in] non *A* 30 subtrahunt *M* 31 tetrius] deterius *M* acrius *A* durius *M*

ipsas leges locum necessarium tenet et in bene moderatae ciuitatis ordinem inseritur estque suo animo nocens, ordine autem alieno poena nocentium. quid sordidius, quid inanius, dedecoris et turpitudinis plenius meretricibus lenonibus ceterisque hoc genus pestibus dici potest? aufer meretrices de rebus humanis, turbaueris omnia libidinibus; constitue matronarum loco, labe ac dedecore dehonestaueris. sic igitur hoc genus hominum per suos mores impurissimum uita, per ordinis leges condicione uilissimum. nonne in corporibus animantium quaedam membra, si sola adtendas, non possis adtendere? tamen ea naturae ordo nec, quia necessaria sunt, deesse uoluit nec, quia indecora, eminere permisit. quae tamen deformia suos locos tenendo meliorem locum concessere melioribus. quid nobis suauius, quod agro uillaeque spectaculum congruentius fuit pugna illa conflictuque gallinaciorum gallorum, cuius superiore libro fecimus mentionem? quid abiectius tamen deformitate subiecti uidimus? et per ipsam tamen eiusdem certaminis perfectior pulchritudo prouenerat.

13. Talia, credo, sunt omnia, sed oculos quaerunt. soloecismos et barbarismos quos uocant, poetae adamauerunt; quae schemata et metaplasmos mutatis appellare nominibus quam manifesta uitia fugere malunt. detrahe tamen ista carminibus, suauissima condimenta desiderabimus. congere multa in unum locum, totum acre putidum rancidum fastidibo. transfer in liberam forensemque dictionem, quis non eam fugere atque in theatra se condere iubebit? ordo igitur ea gubernans et

14 cf. I 8, 25 (p. 137, 28)

3 decoris *AT edd.* 4 plenis *M* meretribus *Pm1* 6 locum *P* decore *Tm1* dehonestaberis *HP* 7 sit *M* ita *ATm2* 8 condicione (c *alt. in ras.*) *P* utilissimum *Am2* 9 *post* membra *add. Am2 s.l.* sunt quae 11 uoluit******(uoluit *ras.*) *P* indecore *HMPm1* emine *Tm1* 12 continendo (i *ex* e) *A* 13 quod *om. AT* agri *M* uillaeque] uillaque quid *AT* 14 gallinatiorum *AT* 15 mentionem fecimus *M* adiectius *T* 17 peruenerat *Am1* 18 solycismos *HP* 19 quae *Am2 in ras.* 20 scemata *Am1MPTm1* methaphasmos *Tm1* appellauere *Ma* 21 maluerunt *AT edd.* iste *Pm1* 22 desiderauimus *HMPm1* desiderabis *Am2* congere* (s *ras.*) *A* 23 agre *Pm1* putridum *a* fastidibis *Am2* tranfer *P* 24 ditionem *P* ea *ex* eam *A ras.* 25 teatra *Tm1* antris *a* se condere] secedere *m* uidebit *T*

moderans nec apud se nimia nec ubilibet aliena esse patietur. summissa quaedam impolitaeque simillima ipsos saltus ac uenustos locos sese interponens inlustrat oratio. quae si sola sit, proicis ut uilem; si autem desit, illa pulchra non prominent, non in suis quasi regionibus possessionibusque dominantur sibique ipsa propria luce obstant totumque confundunt.

V. Magnae et hic debentur ordini gratiae. mentientes conclusiones aut inrepentes paulatim uel minuendo uel addendo in assensionem falsitatis quis non metuat, quis non oderit? saepe tamen in disputationibus certis et suis sedibus conlocatae tantum ualent, ut nescio quo modo per eas dulcescat ipsa deceptio. nonne hic quoque ordo ipse laudabitur?

14. Iam in musica, in geometrica, in astrorum motibus, in numerorum necessitatibus ordo ita dominatur, ut, si quis quasi eius fontem atque ipsum penetrale uidere desideret, aut in his inueniat aut per haec eo sine ullo errore ducatur. talis enim eruditio, si quis ea moderate utatur — nam nihil ibi quam nimium formidandum est — talem philosophiae militem nutrit uel etiam ducem, ut ad summum illum modum, ultra quod requirere aliquid nec possit nec debeat nec cupiat, qua uult, euolet atque perueniat multosque perducat, unde iam, dum ipsis humanis rebus teneatur, sic eas despiciat cunctaque discernat, ut nullo modo eum moueat, cur alius optet liberos habere nec habeat, alius uxoris nimia fecunditate torqueatur, egeat ille pecunia, qui largiri liberaliter multa paratus est, eique defossae incubet macer et scabiosus fenerator, ampla patrimonia luxuries dispergat atque diffundat, uix toto die lacrimans mendicus nummum impetret, alium honor extollat indignum, lucidi mores abscondantur in turba.

15. Haec et alia in hominum uita cogunt homines plerumque inpie credere nullo nos ordine diuinae prouidentiae gubernari;

1 aput *Pm1* 2 submissa *AHMT* saltus] altos *Am2T* altus *Am1* 3 sola *Am2 in ras.* 4 desint *M* 5 possessionibus *Tm1* 8 uel addendo *om. A* assessionem *Pm1* assentionem *T* 9 in *om. M* 10 pedibus *M* collocare *a* 13 geniometrica (v s. o *m2*) *P* 15 penetral *M* desiderat *A* 16 eo *om. A* talis—utatur *om. M* 17 ibi] ubique *T* ubique est *A* 19 quod] quem *m* 21 eos *a* 23 nimia uxoris *edd.* foecunditate *P* 25 incumbet *AMm1* luxuriae *T* luxuriosus (osus *in ras.*) *A* 26 tota *A*

alios autem pios et bonos atque splendido ingenio praeditos, qui neque nos deseri a summo deo possunt in animum inducere et tamen rerum tanta quasi caligine atque commixtione turbati nullum ordinem uident uolentesque sibi nudari abditissimas causas errores suos saepe etiam carminibus conqueruntur. qui si hoc solum interrogent, cur Itali semper serenas hiemes orent et item semper Getulia nostra misera sitiat, quis eis facile respondebit? aut ubi apud nos indagabitur illius ordinis ulla suspicio? ego autem si quid meos monere possum, quantum mihi apparet quantumque sentio, censeo illos disciplinis omnibus erudiendos. aliter quippe ista sic intellegi, ut luce clariora sint, nullo modo possunt. si autem aut pigriores sunt aut aliis negotiis praeoccupati aut iam duri ad discendum, fidei sibi praesidia parent, quo illos uinculo ad sese trahat atque ab his horrendis et inuolutissimis malis liberet ille, qui neminem sibi per mysteria bene credentem perire permittit.

16. Duplex enim est uia, quam sequimur, cum rerum nos obscuritas mouet, aut rationem aut certe auctoritatem. philosophia rationem promittit et uix paucissimos liberat, quos tamen non modo non contemnere illa mysteria sed sola intellegere, ut intellegenda sunt, cogit, nullumque aliud habet negotium, quae uera et, ut ita dicam, germana philosophia est, quam ut doceat, quod sit omnium rerum principium sine principio quantusque in eo maneat intellectus quidue inde in nostram salutem sine ulla degeneratione manauerit, quem unum deum omnipotentem, cum quo tripotentem patrem et filium et sanctum spiritum, ueneranda mysteria, quae fide sincera et inconcussa populos liberant, nec confuse, ut quidam, nec contumeliose, ut multi, praedicant. quantum autem illud sit, quod hoc etiam nostri generis corpus tantus propter

9 cf. Retract. I 3, 4

1 alii *m* pii et boni *m* praediti *m* 4 uolentes *Migne* 6 serenas (a *ex* u) *A* hiemis *Am1* hyemes *T* 7 misere *A* respondeat *AT* indicabitur *AT* 11 *alt.* aut] ut *Hm1* 12 occupati *A* 13 ad sese] adesse *Hm2M* 14 ille *om. A* 16 est enim *A* 17 ratione *T* certe *om. M* auctoritate *AT* 18 permittit *H* 19 contem*nere *P* 20 nullum (*om.* que aliud) *M* 21 germina *P* 24 cum quo *HMP* eo quo *AT* eumque *edd.* 25 tripotentem] patripotentem *M* spiritum sanctum *AT edd.* ueneranda *HMP* docent ueneranda *AT edd.* 26 misteria *A* mystia *T* fides *HMP* 28 corporis tantos *P*

nos deus adsumere atque agere dignatus est, quanto uidetur uilius, tanto est clementia plenius et a quadam ingeniosorum superbia longe alteque remotius.

17. Anima uero unde originem ducat quidue hic agat, quantum agat a deo, quid habeat proprium, quod alternat in utramque naturam, quatenus moriatur et quomodo immortalis probetur, quam magni putatis esse ordinis, ut ista discantur? magni omnino atque certi, de quo breuiter, si tempus fuerit, post loquemur. illud nunc a me accipiatis uolo, si quis temere ac sine ordine disciplinarum in harum rerum cognitionem audet inruere, pro studioso illum curiosum, pro docto credulum, pro cauto incredulum fieri. itaque mihi quod modo interroganti tam bene atque apte respondetis, et miror unde sit et cogor cognoscere. uideamus tamen, quo usque progredi uestra latens possit intentio. iam nobis Licenti etiam uerba reddantur, qui tam diu nescio qua cura occupatus alienus ab hoc sermone fuit, ut eum ista non aliter quam eos qui non assunt familiares nostros credam esse lecturum. sed redi ad nos quaeso, Licenti, atque hic totus fac ut assis; tibi enim dico. nam definitionem meam tu probasti, qua dictum est, quid sit esse cum deo, cum quo mentem sapientis manere immobilem me, quantum assequi ualeo, docere uoluistis.

VI. 18. Sed illud me mouet, quomodo, cum iste sapiens, quamdiu inter homines uiuit, in corpore esse non negetur, quo pacto fiat, ut eius corpore huc atque illuc uagante mens immobilis maneat. isto enim modo potes dicere, cum mouetur nauis, homines, qui in ea sunt, non moueri, quamuis ab ipsis eam possideri gubernarique fateamur. etenim si sola eam cogitatione regerent facerentque ire, quo uellent, tamen, cum ea moueantur, non possunt illi qui ibidem constituti

1 atque agere *om. M* uilius] utilius *A* 2 quidam *Pm1* 3 alteque *HPm1T* lateque *AMPm2 edd.* 5 agat *HMP* distet *AT edd.* quod] quid *A* alternat (e *s. alt.* a *m2*) *A* alterna est *M* 6 quatinus *T* 7 putetis *HMP* dicantur *T* dicamus (ca *m2*) *A* 9 ac] aut *T* 10 studiose *Pm1* 12 apte] aperte *AT* respondistis *ATm* 13 agnoscere *ATm* 14 lactens *Am2T* lactans *Am1* licentii *AHMPm2T edd.* etiam *om. Tm1* 15 tandiu *AT* 17 electurum *P* 18 diffinitionem *A* 19 mente *MP* sapientes *Am1* 21 uoluisti *M edd.* 23 corpore *ex* core *Am2* *ante* quo *add. Hm2* uel pacto (p *in ras.*) *P* 25 potest *Am1* moueatur *M* 28 moueatur *Ma* moueretur *ATm* possent *T*

sunt non moueri. — Non, ait Licentius, animus ita est in corpore, ut corpus imperet animo. — Neque ego hoc dico, inquam; sed etiam eques non ita est in equo, ut ei equus imperet, et tamen, quamuis quo uelit equum agat, equo moto moueatur necesse est. — Potest, inquit, sedere ipse immobilis. — Cogis nos, inquam, definire, quid sit moueri; quod si potes, facias uolo. — Prorsus, inquit, maneat quaeso beneficium tuum; nam manet postulatio mea, et, ne me prorsus interroges, utrum mihi definire placeat, quando id facere potuero, ipse profitebor. — Quae cum dicta essent, puer de domo, cui dederamus id negotii, cucurrit ad nos et horam prandii esse nuntiauit. tum ego: Quid sit, inquam, moueri, non definire nos puer iste sed ipsis oculis cogit ostendere. eamus igitur et de isto loco in alium locum transeamus; nam nihil est aliud, nisi fallor, moueri. — Hic cum arrisissent, discessimus.

19. At ubi refecimus corpora, quoniam caelum obduxerat nubes, solito loco in balneo consedimus. atque ego: Concedis ergo, inquam, Licenti, nihil esse aliud motum quam de loco in locum transitum? — Concedo, inquit. — Concedis ergo, inquam, neminem loco esse, in quo non fuerat, et motum non fuisse? — Non intellego, inquit. — Si quid, inquam, in alio loco fuit dudum et nunc alio est, motum esse concedis? — Assentiebatur. — Ergo, inquam, posset alicuius sapientis uiuum corpus hic modo nobiscum esse, ut animus hinc abesset? — Posset, inquit. — Etiamne, inquam, si nobiscum colloqueretur et nos aliquid doceret? — Etiamsi, inquit, nos ipsam doceret sapientiam, non illum dicerem nobiscum esse sed secum. — Non igitur in corpore? inquam. — Non, inquit. — Cui ego: Corpus illud, quod caret animo, nonne mortuum fateris, cum ego uiuum proposuerim? — Nescio, inquit, quomodo explicem. nam et corpus hominis uiuum esse non posse uideo, si animus in eo non sit, et non possum dicere, ubiubi sit corpus sapientis, non eius animum esse cum

1 non *ex* nam *Am2*   2 hoc ego *edd.* ego (hoc *om.*) *M*   4 quo uelit *om.M* uelit] uelit ire *AT edd.*   modo *P* motu *Am1*   7 postulatio] peticio *Tm1*   8 prorsus *HMP* rursus *ATm*   definiri *T* diffiniri *A*   tacere *HMP*   9 domo (mo *s. m2*) *P*   de domo *ante* cucurrit *exhibet M*   10 ad nos *om.A*   esse *om.T*   11 nos *om.Tm1*   13 locv̄ (v̄ *s.* o *m2*) *P*. *om.M*   14 arrisisset *M*   15 ad *Pm1*   16 inquam concedis ergo *A*   17 in] ad *A*   18 loco *P* in loco *HM* in eo loco *AT edd.*   20 *alt.* alio] in alio *AT edd.*   22 hoc *M*   27 careret *AMTm* careat *a*   fatereris *ATm*

deo. — Ego, inquam, faciam, ut hoc explices. fortasse enim, quia ubique deus est, quoquo ierit sapiens, inuenit deum, cum quo esse possit. ita fit, ut possimus et non negare illum de loco in locum transire, quod est moueri, et tamen semper esse cum deo. — Fateor, inquit, corpus illud de loco in locum transitum facere, sed mentem ipsam nego, cui nomen sapientis inpositum est.

VII. 20. Nunc interim tibi cedo, inquam, ne res obscurissima et diutius diligentiusque tractanda inpediat in praesentia propositum nostrum. sed illud uideamus, quoniam definitum est a nobis, quid sit esse cum deo, utrum scire possimus etiam, quid sit esse sine deo. quamuis iam manifestum esse arbitror. nam credo uideri tibi eos, qui cum deo non sunt, esse sine deo. — Si possent, inquit, mihi uerba suppetere, dicerem quod tibi fortasse non displiceret. sed peto perferas infantiam meam resque ipsas, ut te decet, ueloci mente praeripias. nam isti nec cum deo mihi uidentur esse et a deo tamen haberi, itaque non possum eos sine deo esse dicere, quos deus habet. cum deo item non dico, quia ipsi non habent deum, si quidem deum habere iam inter nos pridem in sermone illo, quem die natali tuo iucundissimum habuimus, placuit nihil aliud esse quam deo perfrui. sed fateor me formidare ista contraria, quomodo quisque nec sine deo sit nec cum deo.

21. Non te moueant ista, inquam. nam ubi res conuenit, quis non uerba contemnat? quare iam ad illam tandem ordinis definitionem redeamus. nam ordinem esse dixisti, quo deus agit omnia. nihil autem, ut uideo, non agit deus; nam inde tibi uisum est nihil praeter ordinem posse inueniri. — Manet, inquit, sententia mea; sed iam uideo, quid sis dicturus: utrum deus agit, quae non bene agi confitemur. — Optime, inquam; prorsus oculum in mentem iniecisti. sed ut uidisti, quid essem dicturus, ita peto uideas, quid respon-

18 cf. Aug. de beat. uit. 4, 34 (p. 115, 1)

4 semper *om. Tm1* 5 locum] lo *s. m2 P* eum *HM* 7 ce.do tibi *A* 11 esse manifestum *AT* 12 *ante* non *add. Hm2 s.l.* qui 13 suppetere (te *s. m2*) *A* fortasse quod tibi *edd.* 14 te *add. Pm1 s.l.* 15 isti] ipsi *AT* et isti *a* 16 quas *Mm1* 18 natalitio (*om.* tuo) *M* 19 iocundissimum *AMPm1T* esse *ex* est *Tm2* 22 ista *om. T* 23 contem*nat *P* ad illam iam *M* 24 quod *M* 25 uisum tibi *edd.* 27 *pr.* agat *AHMT edd.* 28 ciecisti *a* 29 p*eto *P* *alt.* quod *A*

dendum sit. — Atque ille nutans capite atque umeris: Turbamur, inquit. — Et huic forte quaestioni mater superuenerat. atque ille post aliquantum silentium petit, ut a me hoc ipsum rursus interrogaretur; cui loco superius a Trygetio fuisse responsum non omnino animum aduerterat. tum ego: Quid, inquam, uel cur tibi repetam?

a c t u m, a i u n t, n e a g a s.

quare moneo potius, ut ea, quae supra dicta sunt, uel legere cures, si audire nequiuisti. quam quidem absentiam a sermone nostro animi tui non aegre tuli diuque ita esse pertuli, ut neque illa impedirem, quae tecum intentus remotusque a nobis pro te agebas, et ea persequerer, quae te amittere stilus iste non sineret.

22. Nunc illuc quaero, quod nondum discutere diligenti ratione temptauimus. nam ut primum nobis istam de ordine quaestionem nescio quis ordo peperit, memini te dixisse hanc esse iustitiam dei, qua separat inter bonos et malos et sua cuique tribuit. nam est, quantum sentio, manifestior iustitiae definitio; itaque respondeas uelim, utrum tibi uideatur aliquando deum non fuisse iustum. — Numquam, inquit. — Si ergo semper, inquam, deus iustus, semper bonum et malum fuerunt. — Prorsus, inquit mater, nihil aliud uideo, quod sequatur. non enim iudicium dei fuit ullum, quando malum non fuit, nec, si aliquando bonis et malis sua cuique non tribuit, potest uideri iustus fuisse. — Cui Licentius: Ergo dicendum nòbis censes semper malum fuisse? — Non audeo, inquit illa, hoc dicere. — Quid ergo dicemus? inquam; si deus iustus est, quia iudicat inter bonos et malos, quando non erat malum, non erat iustus. — Hic illis tacentibus animaduerti Trygetium respondere uelle atque permisi. at ille: Prorsus, inquit, erat deus iustus. poterat enim bonum malumque secernere, si extitisset, et ex ipso, quo poterat, iustus erat. non

4 cf. de ord. II 4, 11 (p. 154, 10) 6 Ter. Phorm. 419 15 cf. de ord. I 7, 19 (p. 133, 30)

1 sit] est *AT* humeris *AHMPm2T* 2 pos *Pm1* 3 aliquantulum *m* petiit *edd.* 4 animaduerterat *AHT edd.* aduerterat *M* 8 quide *T* 9 pertuli] te pertuli *AT edd.* 10 remotumque *P* remotumque (i *uel* s *s.* um *m2*) *H* et] ut *a* 12 illud *AMT edd.* nondum] numquam (*om.* discutere) *A* 13 primum (a *s.* u *m2*) *P* a nobis *AT* 14 pepererit *Aa* 15 quae *AT edd.* est *HMP* nulla est *AT edd.* 16 diffinitio *T* 22 censes] censes inquit *AT edd.* 23 malum semper *AT* semper] super *M* 24 deus] deus ideo *AMT edd.* 28 ex *HMP* eo *ATm*

enim, cum dicimus Ciceronem prudenter inuestigasse coniurationem Catilinae, temperasse, nullo corruptum fuisse praemio, quo parceret malis, iuste illos summo supplicio senatus auctoritate mactasse, fortiter sustinuisse omnia tela inimicorum et molem, ut ipse dixit, inuidiae, non in eo fuissent uirtutes istae, nisi Catilina rei publicae tantam perniciem comparasset. uirtus enim per se ipsa, non per aliquod huius modi opus consideranda est et in homine, quanto magis in deo, si tamen in angustiis rerum atque uerborum componere illis quoquo modo ista permittimur. nam ut intellegamus, quia deus semper iustus fuit, quando extitit malum, quod a bono seiungeret, nihil distulit sua cuique tribuere; non enim tunc ei erat discenda iustitia, sed tunc ea utendum, quam semper habuit.

23. Quod cum et Licentius et mater intenta necessitate approbassent: Quid, inquam, dicis, Licenti? ubi est, quod tam magnopere asseruisti, nihil praeter ordinem fieri? quod enim factum est, ut malum nasceretur, non utique dei ordine factum est, sed cum esset natum, dei ordine inclusum est. — Et ille ammirans ac moleste ferens, quod tam repente bona causa esset lapsa de manibus: Prorsus, inquit, ex illo dico coepisse ordinem, ex quo malum esse coepit. — Ergo, inquam, ut esset ipsum malum, non ordine factum est, si, postquam malum ortum est, ordo esse coepit. [semper erat ordo apud deum et aut semper fuit nihil, quod dicitur malum, aut, si aliquando inuenitur coepisse, quia ordo ipse aut bonum est aut ex bono est, numquam aliquid sine ordine fuit nec erit aliquando. quamuis et nescio quid potius occurrit, sed illa consuetudine obliuionis elapsum est; quod credo ordine contigisse pro merito uel gradu uel ordine uitae.] — Nescio quomodo mihi, inquit, effugit quam nunc sperno sententia;

4 cf. Cic. Cat. I 23. 27

2 catillinae *P* temperasse *HMP* temperanter *Am1T edd.* et temperanter *Am2* 3 illo *P* 5 in *om.M* isti *M* catillina *P* tantum *Pm1* in tantam *A* 6 se *add. Pm2 s.l.* ipsam *AM edd.* 7 huiusce modi *M* et *expunxit Pm2, om.A* 8 illi*(s *ras.*) *A* 9 ista quoquomodo *edd.* permittitur *H edd.* permittuntur *M* 11 distribuere *a* ei tunc *A* 12 quia *a* 13 *pr.* et *om.M* intenta *P* in tanta *AHMT edd.* 14 licenti dicis *M* iam *A* 15 inseruisti *M* 19 esse *om.Mm1T* 21 ortuum *Pm1* semper erat—26 ordine uitae *AT edd., inclusi, cum desint in HMP* semper] sed semper *m* 23 *pr.* bon̄ *Tm1* bonus *Tm2a* 27 mihi *om M* sententiam *AT edd.*

non enim debui dicere, postquam malum natum est, coepisse ordinem, sed ut illa iustitia, de qua Trygetius disseruit, ita et ordinem fuisse apud deum, sed ad usum non uenisse, nisi postquam mala esse coeperunt. — Eodem, inquam, relaberis; illud enim, quod minime uis, inconcussum manet. nam siue apud deum fuit ordo siue ex illo tempore esse coepit, ex quo etiam malum, tamen malum illud praeter ordinem natum est. quod si concedis, fateris aliquid praeter ordinem posse fieri, quod causam tuam debilitat ac detruncat; si autem non concedis, incipit dei ordine natum malum uideri et malorum auctorem deum fateberis, quo sacrilegio mihi detestabilius nihil occurrit. — Quod cum siue non intellegenti siue dissimilanti se intellexisse uersarem saepius et uoluerem, nihil habuit aliud, quod diceret, et se silentio dedit. tum mater: Ego, inquit, non puto nihil potuisse praeter dei ordinem fieri, quia ipsum malum, quod natum est, nullo modo dei ordine natum est, sed illa iustitia id inordinatum esse non siuit et in sibi meritum ordinem redegit et conpulit.

24. Hic ego, cum omnes cernerem studiosissime ac pro suis quemque uiribus deum quaerere sed ipsum, de quo agebamus, ordinem non tenere, quo ad illius ineffabilis maiestatis intellegentiam peruenitur: Oro uos, inquam, si, ut uideo, multum diligitis ordinem, ne nos praeposteros et inordinatos esse patiamini. quamquam enim occultissima ratio se demonstraturam polliceatur nihil praeter diuinum ordinem fieri, tamen si quempiam ludi magistrum audiremus conantem docere puerum syllabas, quem prius litteras nemo docuisset, non dico ridendum tamquam stultum, sed uinciendum tamquam furiosum putaremus non ob aliud, opinor, nisi quod docendi ordinem non teneret. at multa talia et inperitos, quae a doctis reprehendantur ac derideantur, et dementes homines, quae nec stultorum iudicium fugiunt, facere nemo ambigit, et tamen etiam ista omnia, quae fate-

18—166, 25 cf. [Eugippii] Excerpta n. 23 p. 124—128 Knoell

3 apudeum *A* ad *om. A* usum] usum eius *ATa* 8 posse *om. M* ac] et *Tm1* 10 auctorem deum (m deum *in ras.*) *T* 11 dissimulanti *AHMT* 12 se *om. A* euoluerem *AT* reuoluerem *edd.* habuit aliud *scripsi* aliud *HMP* habuit *AT edd.* 13 se *om. M* 15 *alt.* est *om. M* 16 sinit *ATm1* ordinem meritum *A* redigit *Pm1* 18 quoque *M* 21 multum (um *ex* is) *A* praepoteros *Tm1* 22 quan*quam *P* quaquam *T* 25 sillabas *A* 27 *post pr.* non *add. Pm2 s.l.* hoc ut opinor *a* 29 iudicum *HPm1*

mur esse peruersa, non esse praeter diuinum ordinem alta quaedam et a multitudinis uel suspicione remotissima disciplina se ita studiosis et deum atque animas tantum amantibus animis manifestaturam esse promittit, ut non nobis summae numerorum possint esse certiores.

VIII. 25. Haec autem disciplina ipsa dei lex est, quae apud eum fixa et inconcussa semper manens in sapientes animas quasi transcribitur, ut tanto se sciant uiuere melius tantoque sublimius, quanto et perfectius eam contemplantur intellegendo et uiuendo custodiunt diligentius. haec igitur disciplina eis, qui illam nosse desiderant, simul geminum ordinem sequi iubet, cuius una pars uitae, altera eruditionis est. adulescentibus ergo studiosis eius ita uiuendum est, ut a ueneriis rebus, ab inlecebris uentris et gutturis, ab inmodesto corporis cultu et ornatu, ab inanibus negotiis ludorum ac torpore somni atque pigritiae, ab aemulatione obtrectatione inuidentia, ab honorum potestatumque ambitionibus, ab ipsius etiam laudis inmodica cupiditate se abstineant, amorem autem pecuniae totius suae spei certissimum uenenum esse credant. nihil eneruiter faciant, nihil audacter. in peccatis autem suorum uel pellant omnino iram uel ita frenent, ut sit pulsae similis. neminem oderint, nulla uitia non curare uelint. magnopere obseruent, cum uindicant, ne nimium sit, cum ignoscunt, ne parum. nihil puniant, quod non ualeat ad melius, nihil indulgeant, quod uertat in peius. suos putent omnes, in quos sibi potestas data fuerit. ita seruiant, ut eis dominari pudeat, ita dominentur, ut eis seruire delectet. in alienorum autem peccatis molesti non sint inuito. inimicitias uitent cautissime, ferant aequissime, finiant citissime. in omni uero contractu atque conuersatione cum hominibus satis est seruare unum hoc uulgare prouerbium: nemini faciant, quod pati nolunt. rem publicam nolint administrare nisi perfecti, perfici autem uel intra aetatem senatoriam festinent uel certe intra iuuentatem. sed quisquis sero ad ista

2 ista *Mm2* 7 insipientes (*om.* in) *Am1* 12 ita] uita *M* 13 uenereis *AHMT* indomesto *T* immoderato *A* 14 ac torcorpore *P* a torpore *AT Eug. edd.* 15 sumni *T* 19 audaciter *m* 20 similiter *M* 21 non *om.M* 22 ualeant *HMP* 23 impeius *T* 24 seruiat *Pm1* 26 inuicto *Tm1* 27 finiant citissime ferant aequissime *P* 28 hoc unum (*ex* unus) prouerbium uulgare *A* hoc unum u. pr. *M* 31 festinant *Pm1* certe *om.A* iuuentutem *AMT Eug. edd.* se ad ista *AT Eug.*

se conuerterit, non arbitretur nihil sibi esse praeceptum; nam ista utique facilius decocta aetate seruabit. in omni autem uita loco tempore amicos aut habeant aut habere instent. obsequantur dignis etiam non hoc expectantibus, superbos minus curent, minime sint. apte congruenterque uiuant, deum colant cogitent quaerant fide spe caritate subnixi. optent tranquillitatem atque certum cursum studii sui omniumque sociorum et sibi quibusque possunt mentem bonam pacatamque uitam.

IX. 26. Sequitur, ut dicam, quomodo studiosi erudiri debeant, qui sicut dictum est uiuere instituerunt. ad discendum item necessario dupliciter ducimur, auctoritate atque ratione. tempore auctoritas, re autem ratio prior est. aliud est enim, quod in agendo anteponitur, aliud, quod pluris in appetendo aestimatur. itaque quamquam bonorum auctoritas imperitae multitudini uideatur esse salubrior, ratio uero aptior eruditis, tamen, quia nullus hominum nisi ex imperito peritus fit, nullus autem imperitus nouit, qualem se debeat praebere docentibus et quali uita esse docilis possit, euenit, ut omnibus bona magna et occulta discere cupientibus non aperiat nisi auctoritas ianuam. quam quisque ingressus sine ulla dubitatione uitae optimae praecepta sectatur, per quae, cum docilis factus fuerit, tum demum discet et quanta ratione praedita sint ea ipsa, quae secutus est ante rationem, et quid sit ipsa ratio, quam post auctoritatis cunabula firmus et idoneus iam sequitur atque conprehendit, et quid intellectus, in quo uniuersa sunt — uel ipse potius uniuersa — et quid praeter uniuersa uniuersorum principium. ad quam cognitionem in hac uita peruenire pauci, ultra quam uero etiam post hanc uitam nemo progredi potest. qui autem sola auctoritate contenti bonis tantum moribus rectisque uotis constanter operam dederint aut contemnentes aut non ualentes disciplinis liberalibus atque optimis erudiri, beatos eos quidem, cum inter homines uiuant, nescio quo modo ap-

1 conuertens *M* 2 decocta aetate facilius *M* 3 insistant *A* 4 extentibus *Am1* 7 studiis suis *AT Eug. edd.* 13 plures *Pm1* 16 fit] sit *M* 17 nocentibus *HP* possit esse docilis *A* docibilis *Eug.* 20 fastus *ex* factus *P* 21 dicet *Tm1* praedicta *AT Eug.* sequutus *T* 23 conpraehendit *P* 24 ipsa *Ma* *pr.* uniuers* (a *s. ras.*) *P* 25 quicquid *T* 26 uero (o *ras ex* e) *P* 27 tantum *ex* tamen *Tm2* 28 contempnentes *AP* 30 uiuunt *ATm2 Eug. edd.* uiunt *Tm1*

pellem, tamen inconcusse credo, mox ut hoc corpus reliquerint, eos, quo bene magis minusue uixerunt, eo facilius aut difficilius liberari.

27. Auctoritas autem partim diuina est, partim humana, sed uera firma summa ea est, quae diuina nominatur. in qua metuenda est aeriorum animalium mira fallacia, quae per rerum ad istos sensus corporis pertinentium quasdam diuinationes nonnullasque sententias decipere animas facillime consuerunt aut periturarum fortunarum curiosas aut fragilium cupidas potestatum aut inanium formidulosas miraculorum. illa ergo auctoritas diuina dicenda est, quae non solum in sensibilibus signis transcendit omnem humanam facultatem sed et ipsum hominem agens ostendit ei, quo usque se propter ipsum depresserit, et non teneri sensibus, quibus uidentur illa miranda, sed ad intellectum iubet euolare simul demonstrans, et quanta hic possit et cur haec faciat et quam parui pendat. doceat enim oportet et factis potestatem suam et humilitate clementiam et praeceptione naturam, quae omnia sacris, quibus initiamur, secretius firmiusque traduntur, in quibus bonorum uita facillime non disputationum ambagibus sed mysteriorum auctoritate purgatur. humana uero auctoritas plerumque fallit. in eis tamen iure uidetur excellere, qui, quantum imperitorum sensus capit, multa dant indicia doctrinarum suarum et non uiuunt aliter, quam uiuendum esse praecipiunt. quibus si aliqua etiam fortunae munera accesserint, quorum appareant usu magni contemtuque maiores. difficillimum omnino est, ut eis quisque uiuendi praecepta dantibus credens recte uituperetur.

X. 28. Hic Alypius: Permagna, inquit, uitae imago abs te ante oculos nostros cum plene tum breuiter constituta est, cui quamuis cotidianis praeceptis tuis inhiemus, tamen nos hodie cupidiores flagrantioresque reddidisti. ad quam, si fieri posset, non solum nos uerum etiam cunctos homines iam peruenire et eidem inhaerere

13 cf. Retract. I 3, 3 23 cf. Retract. I 3, 2

1 hoc *om. M* 2 quo] qui *M* 4 ea *om. m* 5 aereorum *A* sensos *Pm1* 6 sententias *HMP* potentias *AT Eug. edd.* 7 fornarum *P* 8 cupiditas *P* formidolosas *AHMT* 10 transcendet *HMP* 11 et *om. M* eis *P* 12 ipsum] eum *Am2 s. l.* et] sed *M* tenere *HMP* 14 penda*t (n *ras.*) *A* 16 praeceptionem *P* 20 uidetur (n *s.* e *m2*) *A* 24 contentumque *P* contentuque *M* conteptuque *T* maiores *in ras. T, om. M* 30 inhere *T*

cuperem, si, ut haec auditu mirabilia, ita essent imitatione facilia. nam nescio quo modo — quod utinam uel a nobis procul absit! — animus humanus dum haec audiendo caelestia diuina ac prorsus uera esse proclamet, in adpetendo aliter se gerit, ut mihi uerissimum uideatur aut diuinos homines aut non sine diuina ope sic uiuere. — Cui ego: Haec praecepta uiuendi, quae tibi, ut semper, plurimum placent, Alypi, quamuis hic meis uerbis pro tempore expressa sint, non tamen a me inuenta esse optime scis. his enim magnorum hominum et paene diuinorum libri plenissimi sunt, quod non propter te mihi dicendum putaui sed propter istos adulescentes, ne in eis quasi auctoritatem meam iure contemnant. nam mihi omnino illos nolo credere nisi docenti rationemque reddenti, propter quos pro rerum magnitudine concitandos etiam te arbitror istum interposuisse sermonem. non enim tibi sunt ad sequendum ista difficilia, quae tanta rapuisti auiditate tantoque in ea naturae admirabilis impetu ingressus es, ut ego tibi uerborum, tu mihi rerum magister effectus sis. non enim est modo ulla causa mentiendi aut saltem occasio; nam neque te falsa tua laude studiosiorem fieri puto et hi adsunt, qui utrumque nouerunt, et ei sermo iste mittetur, cui nostrum nullus ignotus est.

29. Bonos autem uiros deditosque optimis moribus, si non aliter sentis atque dixisti, pauciores te arbitror esse credere, quam mihi probabile est; sed multi penitus latent, item multorum non latentium ea ipsa, quae mira sunt, latent; in animo enim sunt ista, qui neque sensu accipi potest et plerumque, dum congruere uult uitiosorum hominum conloquiis, ea dicit, quae aut probare aut adpetere uideatur. multa etiam facit non libenter propter aut uitandum odium hominum aut ineptiam fugiendam, quod nos audientes aut uidentes

1 si, ut haec] si haec sicuti (sicut *A*) sunt *AT* si haec sicuti *edd.* 2 quod— nobis *om.M* quod *AT* uel *HP* 4 esse *om.M* se gerit] egerit *AT* 7 perplurimum *P* uerbis meis *M* 9 quae *ex* quod *A* 10 dicendum mihi *edd.* istos *om.H* 11 contempnant *P* contepnant *T* 13 arbitror te *A* 15 naturae in ea (eā *T*) *AT* natura *Pa* admirabili* (s *ras. P*) *MP* impletu *Pm1* 17 est *om.A* saltim *AMP* 18 *super* te *in A* ne *eras.* stulta laude (*om.* tua) *Mm1* hii *AT* assunt *AM* 19 mittitur *AT* 22 atque] quam *Hm2 s.l.* 23 paenitus *AP* 24 latent] latent te *AT edd.* 25 dum *Am2 s.l.* congrue *T*, *om.M* 26 dicunt *T* 27 aut propter *M*

difficile aliter existimamus, quam sensus iste renuntiat, eoque fit, ut multos non tales esse credamus, quales et se ipsi et eos sui familiares nouerunt, quod tibi ex amicorum nostrorum quibusdam magnis animi bonis, quae nos soli scimus, persuadeas uelim. nam error iste non minima et hac causa nititur, quod non pauci se subito ad bonam uitam miramque conuertunt et, donec aliquibus clarioribus factis innotescant, quales erant, esse creduntur. nam ne longius abeam, quis istos adulescentes, qui antea nouerat, facile credat tam studiose magna quaerere, tantas repente in hac aetate indixisse inimicitias uoluptatibus? ergo hanc opinionem pellamus ex animo; nam et illud diuinum auxilium, quod, ut decebat, religiose in ultimo sermonis tui posuisti, latius, quam nonnulli opinantur, officium clementiae suae per uniuersos populos agit. sed ad disputationis nostrae, si placet, ordinem redeamus et, quoniam de auctoritate satis dictum est, uideamus, quid sibi ratio uelit.

XI. 30. Ratio est mentis motio ea, quae discuntur, distinguendi et conectendi potens, qua duce uti ad deum intellegendum uel ipsam quae aut in nobis aut usque quaque est animam rarissimum omnino genus hominum potest non ob aliud, nisi quia in istorum sensuum negotia progresso redire in semet ipsum cuique difficile est. itaque cum in rebus ipsis fallacibus ratione totum agere homines moliantur, quid sit ipsa ratio et qualis sit, nisi perpauci prorsus ignorant. mirum uidetur, sed tamen se ita res habet. satis est hoc dixisse in praesentia; nam si uobis rem tantam, sicut intellegenda est, nunc ostendere cupiam, tam ineptus sim quam adrogans, si uel me illam iam percepisse profitear. tamen quantum dignata est in res, quae nobis notae uidentur, procedere, indagemus eam, si possumus, interim, prout susceptus sermo desiderat.

1 aliter] aliud *T* aliquid aliud *Am2 in ras.* quam] *om.A*, *in mg.m2:* nisi quod 3 quibusdam *om.M* 5 *pr.* non] ***n̄ *T* et hac *HP* ex hac *MTa* hac *Am* nutritur *AT* paucis *M* 6 mirandamque *AT edd.* factis clarioribus *A* 7 ignotescant *T* 8 quis *AT* qui *HMP* id est quomodo *Hm2 s.l.* nouerant *M* 9 indixisset *Tm1* 11 dicebat *M* 12 tui *s. ras. Am2* ultra officium *a* 16 motus *A* 17 intellegent dum *P* 18 usquequa (*om.* que) *A* 19 nisi *Tm2 s.l.* 20 progressọ (v *s.* o *m2*) *P* ipsum] ipsum et ipsum *HM* 21 in *om.M* homines agere *M* 22 *pr.* sit *om.A* 23 ignorat *Pm1* 24 dixisti *HMP* 25 tam] tamen *H* sum *Am1* 26 me *om.A* iam *om.M* *****profitear (fatear *ras.*) *A* 27 idagemus *MP* possimus *T*

31. Ac primum uideamus, ubi hoc uerbum, quod ratio uocatur, frequentari solet; nam illud nos mouere maxime debet, quod ipse homo a ueteribus sapientibus ita definitus est: homo est animal rationale mortale. hic genere posito, quod animal dictum est, uidemus additas duas differentias, quibus credo admonendus erat homo, et quo sibi redeundum esset et unde fugiendum. nam ut progressus animae usque ad mortalia lapsus est, ita regressus esse in rationem debet; uno uerbo a bestiis, quod rationale, alio a diuinis separatur, quod mortale dicitur. illud igitur nisi tenuerit, bestia erit, hinc nisi se auerterit, diuina non erit. sed quoniam solent doctissimi uiri, quid inter rationale ac rationabile intersit, acute subtiliterque discernere, nullo modo est ad id quod instituimus neglegendum. nam rationale esse dixerunt, quod ratione uteretur uel uti posset, rationabile autem, quod ratione factum esset aut dictum. itaque has balneas rationabiles possumus dicere nostrumque sermonem, rationales autem uel illum, qui has fecit, uel nos, qui loquimur. ergo procedit ratio ab anima rationali scilicet in ea, quae uel fiunt rationabilia uel dicuntur.

32. Duo igitur uideo, in quibus potentia uisque rationis possit ipsis etiam sensibus admoueri, opera hominum, quae uidentur, et uerba, quae audiuntur. in utroque autem utitur mens gemino nuntio pro corporis necessitate, uno, qui oculorum est, altero aurium. itaque cum aliquid uidemus congruentibus sibi partibus figuratum, non absurde dicimus rationabiliter apparere, itemque, cum aliquid bene concinere audimus, non dubitamus dicere, quod rationabiliter sonat. nemo autem non rideatur, si dixerit: 'rationabiliter olet' aut 'rationabiliter sapit' aut 'rationabiliter molle est' nisi forte in his, quae propter aliquid ab hominibus procurata sunt, ut ita olerent uel saperent uel feruerent uel quid aliud, ut, si quis locum, unde grauibus odoribus serpentes fugantur, rationabiliter dicat ita olere

3 cf. Cic. Acad. II 21

1 quod *add. Pm2 s.l.* quo *HMa* 2 illum *T* 3 anima *Pm1* 5 auditas *M* 7 es*se (t *ras.*) *P* 8 et alio *edd.* 10 erit] recipit *M* sed *om.A* 11 ac] et *edd.* 13 ration**e (al *ras.*) *A* 16 loquitur *Pm1* 17 procedat *A* 18 rationalia *Hm1* 19 igitur] ergo *edd.* 20 etiam ipsis *A* amoueri *T* 21 mens utitur *M* 22 aurium] qui aurium *edd.* 23 fi*guratum (g *ras.*) *P* 26 ridetur *AT* 27 iis *m* 29 grauius *H* 30 ita *om.AT*

causam intuens, quare sit factum, aut poculum, quod medicus confecerit, rationabiliter amarum esse uel dulce, aut quod temperari languido solium iusserit, calere rationabiliter aut tepere. nemo autem hortum ingressus et rosam naribus admouens audet ita laudare: quam rationabiliter fragrat! nec si medicus illam, ut olfaceret, iusserit — tunc enim praeceptum uel datum illud rationabiliter, non tamen olere rationabiliter dicitur — nec propterea, quia naturalis ille odor est. nam quamuis a coco pulmentum condiatur, rationabiliter conditum possumus dicere, rationabiliter autem sapere, cum causa extrinsecus nulla sit sed praesenti satisfiat uoluptati, nullo modo ipsa loquendi consuetudine dicitur. si enim quaeratur de illo, cui poculum medicus dederit, cur id dulciter sentire debuerit, aliud infertur, propter quod ita est, id est morbi genus, quod iam non in illo sensu est sed aliter sese habet in corpore. si autem rogetur ligurriens aliquid gulae stimulo concitatus, cur ita dulce sit, uel respondeat: 'quia libet' aut 'quia delector', nemo illud dicet rationabiliter dulce, nisi forte illius delectatio alicui rei sit necessaria et illud, quod mandit, ob hoc ita confectum sit.

33. Tenemus, quantum inuestigare potuimus, quaedam uestigia rationis in sensibus et, quod ad uisum atque auditum pertinet, in ipsa etiam uoluptate. alii uero sensus non in uoluptate sua sed propter aliquid aliud solent hoc nomen exigere, id autem est rationalis animantis factum propter aliquem finem. sed ad oculos quod pertinet, in quo congruentia partium rationabilis dicitur, pulchrum appellari solet, quod uero ad aures, quando rationabilem concentum dicimus cantumque numerosum rationabiliter esse compositum, suauitas uocatur proprio iam nomine. sed neque in pulchris rebus, quod nos inlicit, neque in aurium suauitate, cum pulsa corda quasi

1 modicus *P*  3 languidis *M*  solium (t *s.* i *m2*) *H* oleum *M* solitum *a*  4 ortum *AT*  amouens *A*  laudare] dicere *edd.*  5 flagrat *MP* fraglat *HT* illam *ex* ullam *A*  olfacere *P*  6 illud datum *A*  non—rationabiliter *om.M*  7 holere *P*  8 est ille odor *T*  o•dor *A* ordo *P*  coquo *AH* quoquo *Tm1* non (*s.l.*) rationabiliter conditum rationabiliter *A*  11 ipsa *ex* illa *Tm1*  14 in illo (in *s.m2*) *H*  sensus *Hm1P*  sed *om.M*  habent *HMP*  15 uel] et *AT edd.*  respondet *M*  16 diceret *M*  17 delectio *Tm1*  rei sit rei *T*  21 *post* uoluptate *add.* *Am2* est.  22 aliud aliquid *A*  24 rationalis *H*  26 dicendo *a*  28 quod *HMPT* quo *A* cum *edd.*  nos] nos color *AHMPm2T edd.* compulsa (*om.* cum) *T*  chorda *edd.*

liquide sonat atque pure, rationabile illud dicere solemus. restat ergo, ut in istorum sensuum uoluptate id ad rationem pertinere fateamur, ubi quaedam dimensio est atque modulatio.

34. Itaque in hoc ipso aedificio singula bene considerantes non possumus non offendi, quod unum ostium uidemus in latere, alterum prope in medio nec tamen in medio collocatum. quippe in rebus fabricatis nulla cogente necessitate iniqua dimensio partium facere ipsi aspectui uelut quandam uidetur iniuriam. quod autem intus tres fenestrae, una in medio, duae a lateribus paribus interuallis solio lumen infundunt, quam nos delectat diligentius intuentes quamque in se animum rapit! manifesta res est nec multis uerbis uobis aperienda. unde ipsi architecti iam suo uerbo rationem istam uocant et partes discorditer conlocatas dicunt non habere rationem. quod late patet ac paene in omnes artes operaque humana diffunditur. iam in carminibus, in quibus item dicimus esse rationem ad uoluptatem aurium pertinentem, quis non sentiat dimensionem esse totius huius suauitatis opificem? sed histrione saltante cum bene spectantibus gestus illi omnes signa sint rerum, quamuis membrorum numerosus quidam motus oculos eadem illa dimensione delectet, dicitur tamen rationabilis illa saltatio, quod bene aliquid significet et ostendat excepta sensuum uoluptate. non enim, si pinnatam Uenerem faciat et Cupidinem palliatum, quamuis id mira membrorum motione atque conlocatione depingat, oculos uidetur offendere sed per oculos animum, cui signa rerum illa monstrantur; nam oculi offenderentur, si non pulchre moueretur. hoc enim pertinebat ad sensum, in quo anima eo ipso, quod mixta est corpori, percipit uoluptatem. aliud ergo sensus, aliud per sensum; nam sensum mulcet pulcher motus, per sensum autem animum solum pulchra in motu significatio. hoc etiam in auribus facilius aduertitur; nam quidquid iucunde sonat, illud ipsum auditum libet atque inlicit;

5 hostium *P* 6 nec—medio *om.M* 7 iniqua] in qua *M* dimentio *T* 9 a] in *A* 10 solito (t *s.m2*) *M* lucem *M* 11 nec] ne *P* 17 hystrione *T* saltante] saltem *Hm1* 20 rationalis *A* 21 ostentat *Am1* 22 si (i *s.m1*) *P* pennatam *AHM* id] ad *A* 24 per oculos *post* cui *exhibet A* rerum signa *edd.* 26 quod] quo *T* 27 *pr.* aliud] aliud est *Pm2T* 28 *pr.* sensu *M* pulchre *HMP* 29 in motu] in motus *P* motu *M* 30 iocundae *P* iocunde *AHMT* illum *AHPTm* auditum *om.A* illud libet atque ipsum auditum *Migne*

quod autem per eundem sonum bene significatur, nuntio quidem aurium sed ad solam mentem refertur. itaque cum audimus illos uersus:

> quid tantum Oceano properent se tinguere soles
> hiberni uel quae tardis mora noctibus obstet,

aliter metra laudamus aliterque sententiam nec sub eodem intellectu dicimus: 'rationabiliter sonat' et 'rationabiliter dictum est'.

XII. 35. Ergo iam tria genera sunt rerum, in quibus illud rationabile apparet, unum est in factis ad aliquem finem relatis, alterum in discendo, tertium in delectando. primum nos admonet nihil temere facere, secundum recte docere, ultimum beate contemplari; in moribus est illud superius, haec autem duo in disciplinis, de quibus nunc agimus. namque illud, quod in nobis est rationale, id est quod ratione utitur et rationabilia uel facit uel sequitur, quia naturali quodam uinculo in eorum societate adstringebatur, cum quibus illi erat ratio ipsa communis — nec homini homo firmissime sociari posset, nisi conloquerentur atque ita sibi mentes suas cogitationesque quasi refunderent — uidit esse inponenda rebus uocabula, id est significantes quosdam sonos, ut, quoniam sentire animos suos non poterant, ad eos sibi copulandos sensu quasi interprete uterentur. sed audiri absentium uerba non poterant; ergo illa ratio peperit litteras notatis omnibus oris ac linguae sonis atque discretis. nihil autem horum facere poterat, si multitudo rerum sine quodam defixo termino infinito patere uideretur. ergo utilitas numerandi magna necessitate animaduersa est. quibus duobus repertis nata est illa librariorum et calculonum professio uelut quaedam grammaticae infantia, quam Uarro litterationem uocat; Graece autem quomodo appelletur, non satis in praesentia recolo.

4 Uerg. Georg. II 480 sq. Aen. I 745 sq. 27 Wilmanns De M. Ter. Uarronis libr. gr. frg. 92 (p. 209 sq.) cf. Isidor. Etym. I 3, 1. Mart. Cap. III 229

1 significabitur *M* 5 hyberni *T* tarde *A* noctibus (n *in ras.*) *P* 6 aliter (*om.* que) *T* 8 illud *om. M* 9 est *om. M* 10 discendo**** *A* dicendo *edd.* 12 motibus *A* est *om. T* et *P* 13 rationabile *M* 14 *pr.* uel *om. A* 15 societatem *T* 17 cumloquerentur *T* *post* ita *add. Am2 s.l.* ut 20 ad eos *AMT* ad eo *Hm1P* (eo *del. Hm2*) sensus *HP* interpraete *P* 22 horis *Am1P* 23 poterant *Tm1* si multitudo *HT* similitudo *AMP* termino defixo *M* 24 infinite *T edd.* ne infinite *A* 26 calculorum *MTa* 28 praesenti *a*

36. Progressa deinde ratio animaduertit eosdem oris sonos, quibus loqueremur et quos litteris iam signauerat, alios esse, qui moderato uarie hiatu quasi enodati ac simplices faucibus sine ulla conlisione defluerent, alios diuerso pressu oris, tenere tamen aliquem sonum, extremos autem, qui nisi adiunctis sibi primis erumpere non ualerent. itaque litteras hoc ordine, quo expositae sunt, uocales semiuocales et mutas nominauit; deinde syllabas notauit. deinde uerba in octo genera formasque digesta sunt omnisque illorum motus integritas iunctura perite subtiliterque distincta sunt. inde iam numerorum et dimensionis non inmemor adiecit animum in ipsas uocum et syllabarum uarias moras atque inde spatia temporis alia dupla, alia simpla esse conperit, quibus longae breuesque syllabae tenderentur. notauit etiam ista et in regulas certas disposuit.

37. Poterat iam perfecta esse grammatica sed, quia ipso nomine profiteri se litteras clamat — unde etiam Latine litteratura dicitur — factum est, ut, quidquid dignum memoria litteris mandaretur, ad eam necessario pertineret. itaque unum quidem nomen, sed res infinita multiplex curarum plenior quam iucunditatis aut ueritatis huic disciplinae accessit, historia non tam ipsis historicis quam grammaticis laboriosa. quis enim ferat imperitum uideri hominem, qui uolasse Daedalum non audierit, mendacem illum, qui finxerit, stultum, qui crediderit, impudentem, qui interrogauerit, non uideri, aut in quo nostros familiares grauiter miserari soleo, qui si non responderint, quid uocata sit mater Euryali, accusantur inscitiae, cum ipsi eos, a quibus ea rogantur, uanos et ineptos nec curiosos audeant appellare?

21 cf. Uerg. Aen. VI 14 sqq. Ouid. Met. VII 159 sqq. 24 cf. Uerg. Aen. IX 284 sqq.

1 horis *P* 3 hyatu *T* 4 diuero *T* praessu horis *P* praess*** (*om.* oris) *M* 6 quă *A* 7 semiuoles *Tm1* et semiuocales *M* sillabas *A semper* nominauit *M* 8 degesta *P* sunt] est *M* 10 numero *H* 12 dupla] dupla et *AMT* duplicia *a* simplicia *a* 14 ipso *om. M* 15 litterā *ex* litteras *Am2* 18 *ante* multiplex *add. Hm2* ac iocunditatis *P* 19 hystoria *et* hystoricis *MT* 20 ịṃperitum (im *del. m2*) *A* uideri] utri *HP*, *om. M* 21 non *om. M* finxerint *P* dixerit *AT* 23 nostro familiari *HMP* misereri *M* qui si] quasi *M* 24 euri*alii *ex* euryali *Pm2* euriali *AMT* inscithiae *H* insitiae *A* 25 rogantur ea *Tm1*

XIII. 38. Illa igitur ratio perfecta dispositaque grammatica admonita est quaerere atque attendere hanc ipsam uim, qua peperit artem; nam eam definiendo distribuendo colligendo non solum digesserat atque ordinarat uerum ab omni etiam falsitatis inreptione defenderat. quando ergo transiret ad alia fabricanda, nisi ipsa sua prius quasi quaedam machinamenta et instrumenta distingueret notaret digereret proderetque ipsam disciplinam disciplinarum, quam dialecticam uocant? haec docet docere, haec docet discere; in hac se ipsa ratio demonstrat atque aperit, quae sit, quid uelit, quid ualeat. scit scire, sola scientes facere non solum uult sed etiam potest. uerum quoniam plerumque stulti homines ad ea, quae suadentur recte utiliter et honeste, non ipsam sincerissimam quam rarus animus uidet ueritatem, sed proprios sensus consuetudinemque sectantur, oportebat eos non doceri solum, quantum queunt, sed saepe et maxime commoueri. hanc suam partem, quae id ageret, necessitatis pleniorem quam puritatis refertissimo gremio deliciarum, quas populo spargat, ut ad utilitatem suam dignetur adduci, uocauit rhetoricam. hactenus pars illa, quae in significando rationabilis dicitur, studiis liberalibus disciplinisque promota est.

XIV. 39. Hinc se illa ratio ad ipsarum diuinarum rerum beatissimam contemplationem rapere uoluit. sed ne de alto caderet, quaesiuit gradus atque ipsam sibi uiam per suas possessiones ordinemque molita est. desiderabat enim pulchritudinem, quam sola et simplex posset sine istis oculis intueri; inpediebatur a sensibus. itaque in eos ipsos paululum aciem torsit, qui ueritatem sese habere clamantes festinantem ad alia pergere inportuno strepitu reuocabant. et primo ab auribus coepit, quia dicebant ipsa uerba sua esse, quibus iam et grammaticam et dialecticam et rhetoricam fecerat.

1 ratione *ATa* 2 est] sit *A* quae *H* pepererit *a* 3 eas *AT* 4 ordinauerat *Pm2 edd.* 5 quando] quasi *a* 6 sua *om.M* macchinamenta *P* et *om.M* digeret *Tm1* 9 hac] haec *P* ipsam *A* 10 quid ualeat *om.M* sciens *M* 12 suadenter *Pm1* et honeste *om.M* 15 saepe] quae *M* commoneri *Aa* 18 adduci *om.M* *adduci *P* retoricam *P* rethoricam *AMT* 21 rerum diuinarum *edd.* 22 reparare *AT* uoluit] uel uolet *Tm2 s.l.* de *om M* 23 ipsa *AHm2MT edd.* ipsi *Hm1* uias *AT* 24 mollita *P* 25 possit *HMP* assensibus *M* 26 aciem *om.M* clamantes habere *A* 28 auibus *M* 29 *pr.* et *del. m1A* rethoriacm *codd.*

at ista potentissima secernendi cito uidit, quid inter sonum et id, cuius signum esset, distaret. intellexit nihil aliud ad aurium iudicium pertinere quam sonum eumque esse triplicem, aut in uoce animantis aut in eo, quod flatus in organis faceret, aut in eo, quod pulsu ederetur; ad primum pertinere tragoedos uel comoedos uel choros cuiuscemodi atque omnes omnino, qui uoce propria canerent, secundum tibiis et similibus instrumentis deputari, tertio dari citharas lyras cymbala atque omne, quod percutiendo canorum esset.

40. Uidebat autem hanc materiam esse uilissimam, nisi certa dimensione temporum et acuminis grauitatisque moderata uarietate soni figurarentur. recognouit hinc esse illa semina, quae in grammatica, cum syllabas diligenti consideratione uersaret, pedes et accentus uocauerat, et quia in ipsis uerbis breuitates et longitudines syllabarum prope aequali multitudine sparsas in oratione attendere facile fuit, temptauit pedes illos in ordines certos disponere atque coniungere, et in eo primo sensum ipsum secuta moderatos inpressit articulos, quae caesa et membra nominant. et ne longius pedum cursus prouolueretur, quam eius iudicium posset sustinere, modum statuit, unde reuerteretur, et ab eo ipso uersum uocauit. quod autem non esset certo fine moderatum sed tamen rationabiliter ordinatis pedibus curreret, rhythmi nomine notauit, qui Latine nihil aliud quam numerus dici potuit. sic ab ea poetae geniti sunt. in quibus cum uideret non solum sonorum sed etiam uerborum rerumque magna momenta, plurimum eos honorauit eisque tribuit quorum uellent rationabilium mendaciorum potestatem. et quoniam de prima illa disciplina stirpem ducebant, iudices in eos grammaticos esse permisit.

41. In hoc igitur quarto gradu siue in rhythmis siue in ipsa modulatione intellegebat regnare numeros totumque perficere; inspexit diligentissime, cuius modi essent; reperiebat diuinos et

1 ad *A* potentissime *A* secernernendi *T* secernenda *A* 3 esset *Pm1* 5 traguoedos *P* tragedos *M* comedos *AM* 6 huiuscemodi *APm2T* atque] uel *M* 8 cytharas *MPT* 10 uarietati *Am1* 11 figura**rentur *A* 12 syllabis *P* 14 proprie *Mm1* 17 caesa] et caesa *A edd.* nominauit *A edd.* 18 prouolueret *M* quam] in quo *M* sustineret *M* 21 rythmi *P* rithmi *AMT* qui] quia *HP* quod *M* 24 mouimenta (ui *s. m2*) *H* honerauit *A* 25 quorum] ut *M* 26 styrpem *T* 28 quartu *Pm1* 30 repperiebat *P*

sempiternos, praesertim quod ipsis auxiliantibus omnia superiora contexuerat. et iam tolerabat aegerrime splendorem illorum atque serenitatem corporea uocum materia decolorari. et quoniam illud, quod mens uidet, semper est praesens et inmortale adprobatur — cuius generis numeri apparebant — sonus autem, quia sensibilis res est, praeterfluit in praeteritum tempus inprimiturque memoriae, rationabili mendacio iam poetis fauente ratione Iouis et Memoriae filias Musas esse confictum est. unde ista disciplina sensus intellectusque particeps musicae nomen inuenit.

XV. 42. Hinc profecta est in oculorum opes et terram caelumque conlustrans sensit nihil aliud quam pulchritudinem sibi placere et in pulchritudine figuras, in figuris dimensiones, in dimensionibus numeros quaesiuitque ipsa secum, utrum ibi talis linea talisque rotunditas uel quaelibet alia forma et figura esset, qualem intellegentia contineret. longe deteriorem inuenit et nulla ex parte, quod uiderent oculi, cum eo, quod mens cerneret, conparandum. haec quoque distincta et disposita in disciplinam redegit appellauitque geometricam. motus eam caeli multum mouebat et ad se diligenter considerandum inuitabat. etiam ibi per constantissimas temporum uices, per astrorum ratos definitosque cursus, per interuallorum spatia moderata intellexit nihil aliud quam illam dimensionem numerosque dominari, quae similiter definiendo ac secernendo in ordinem nectens astrologiam genuit, magnum religiosis argumentum tormentumque curiosis.

43. In his igitur omnibus disciplinis occurrebant ei omnia numerosa, quae tamen in illis dimensionibus manifestius eminebant, quas in se ipsa cogitando atque uoluendo intuebatur uerissimas, in his autem, quae sentiuntur, umbras earum potius atque uestigia recolebat. hic se multum erexit multumque praesumpsit. ausa est

7 cf. Retract. I 3, 5

1 ipsi *P* 2 contexerat *HMPTa* egerrime *AMP* 3 corpora *Am1* 6 praeterfuit *Hm1* 7 mendatio *AT* ratione *HMP* ratione quaerendumne quid aliquid pro paganis (propaginis *A*) similiter id esset memoriae filius musus *ATa* quaerendumne quid propagini similiter inesset *m* 10 est profecta *edd.* opes] opus es *A* 11 illustrans *a* 13 talis ibi *A* 17 distincte disposita *T* distincte disposite *A* 19 cunctantissimas *M* 21 eam *A* 23 religionis *Am1* augmentum *A* 27 ipse *Am1* intueatur *Hm1* 28 autem in his *A* 29 ausa] ita ausa *HMa*

inmortalem animam conprobare. tractauit omnia diligenter, percepit prorsus se plurimum posse et quidquid posset numeris posse. mouit eam quoddam miraculum et suspicari coepit se ipsam fortasse numerum esse eum ipsum, quo cuncta numerarentur, aut si id non esset, ibi tamen eum esse, quo peruenire satageret. hunc uero totis uiribus conprehendit, qui iam uniuersae ueritatis index futurus, ille, cuius mentionem fecit Alypius, cum de Academicis quaereremus, quasi Proteus in manibus erat. imagines enim falsae rerum earum, quas numeramus, ab illo occultissimo, quo numeramus, defluentes in sese rapiunt cogitationem et saepe illum, cum iam tenetur, elabi faciunt.

XVI. 44. Quibus si quisque non cesserit et illa omnia, quae per tot disciplinas late uarieque diffusa sunt, ad unum quiddam simplex uerum certumque redegerit, eruditi dignissimus nomine non temere iam quaerit illa diuina non iam credenda solum uerum etiam contemplanda intellegenda atque retinenda. quisquis autem uel adhuc seruus cupiditatum et inhians rebus pereuntibus uel iam ista fugiens casteque uiuens, nesciens tamen, quid sit nihil, quid informis materia, quid formatum exanime, quid corpus, quid exanime in corpore, quid locus, quid tempus, quid in loco, quid in tempore, quid motus secundum locum, quid motus non secundum locum, quid stabilis motus, quid sit aeuum, quid sit nec in loco esse nec nusquam, quid sit praeter tempus et semper, quid sit et nusquam esse et nusquam non esse et numquam esse et numquam non esse, quisquis ergo ista nesciens, non dico de summo illo deo, qui scitur melius nesciendo, sed de anima ipsa sua quaerere ac disputare uoluerit, tantum errabit, quantum errari plurimum potest. facili-

7 cf. c. Acad. III 5, 11

1 probare *M* precepit *T* 2 prosus *Pm1* et quidquid—posse *om. Am1* posset] posse *P* 4 cunta *Pm1* 5 eam *a* 6 compraehen*sis *A* index (x *add. m2*) *A* 7 quaeremus *P* 8 protheus *codd.* 12 quisque] quis *T* illa *om. m* 13 quoddam *Mm* 14 erudiri *M* dignissimus (*om.* nomine) *HMP* nomine dignissimus *A edd.* 15 *pr.* iam *om. M* 17 inhyans *T* hinians *H* 19 *pr.* exanime] animę *A* *alt.* exanime *HMP* species *AT edd.* 20 in tempore (in *s. m2*) *P* 21 *alt.* quid motus—locum *om. Hm1* 22 *alt.* quid sit *om. A* 23 praeter] praeteritum *M* *alt.* quid] et quid *edd.* et numquam esse—non esse *om. Am1* 26 *post* sed *add. Am1* si *s. l.*

autem ista cognoscet, qui numeros simplices atque intellegibiles conprehenderit; porro istos conprehendet, qui et ingenio ualens et priuilegio aetatis aut cuiuslibet felicitatis otiosus et studio uehementer incensus memoratum disciplinarum ordinem, quantum satis est, fuerit persecutus. cum enim artes illae omnes liberales partim ad usum uitae partim ad cognitionem rerum contemplationemque discantur, usum earum assequi difficillimum est nisi ei, qui ab ipsa pueritia ingeniosissimus instantissime atque constantissime operam dederit.

XVII. 45. Quod uero ex illis ad id, quod quaerimus, opus est, ne te quaeso, mater, haec uelut rerum inmensa quaedam silua deterreat. etenim quaedam de omnibus eligentur numero paucissima, ui potentissima, cognitione autem multis quidem ardua, tibi tamen, cuius ingenium cotidie mihi nouum est et cuius animum uel aetate uel admirabili temperantia remotissimum ab omnibus nugis et magna labe corporis emergentem in se multum surrexisse cognosco, tam erunt facilia quam difficilia tardissimis miserrimeque uiuentibus. si enim dicam te facile ad eum sermonem peruenturam, qui locutionis et linguae uitio careat, profecto mentiar. me enim ipsum, cui magna necessitas fuit ista perdiscere, adhuc in multis uerborum sonis Itali exagitant et a me uicissim, quod ad ipsum sonum attinet, reprehenduntur. aliud est enim esse arte, aliud gente securum. soloecismos autem quos dicimus fortasse quisque doctus diligenter attendens in oratione mea reperiet; non enim defuit, qui mihi nonnulla huius modi uitia ipsum Ciceronem fecisse peritissime persuasisset. barbarismorum autem genus nostris temporibus tale conpertum est, ut et ipsa eius oratio barbara uideatur, qua Roma seruata est. sed tu contemtis istis uel puerilibus rebus uel ad te non pertinentibus ita grammaticae paene diuinam uim naturamque cognosces, ut eius animam tenuisse, corpus disertis reliquisse uidearis.

1 cognoscet ista *edd.* 6 contemplationemq; (q; *m2*) *T* 10 *pr.* quid *Hm2M* ad id *om.M* 11 ne] nec *a* hoc *ex* hęc *Am1* 13 ui] *om.M* in *AP* id est *a* potentissima *om.M* 14 mihi quotidie *A* 16 a magna *AHMT edd.* emer**gentem (ge *ras.*) *P* 17 quam difficilia *om.Tm1* 18 peruenturum *Am1* 19 uino (uitio *s. m2*) *A* 21 attinget *M* 22 reprehendentur *M* 23 solycismos *HP* quisquis *A* 24 repperiet *AP* 25 huiuscemodi *M* cyceronem *T* 26 persuaserit *m* 27 ratio *HMPa* qua *ex* quia *A* 28 tu] cum *A* contemptis *AHMT* 29 uim *om.M* 30 cognoscis *AMTm* desertis *P* reliquisse disertis *edd.*

46. Hoc etiam de ceteris huius modi artibus dixerim, quas si penitus fortasse contemnis, admoneo te, quantum filius audeo quantumque permittis, ut fidem istam tuam, quam uenerandis mysteriis percepisti, firme cauteque custodias, deinde ut in hac uita atque moribus constanter uigilanterque permaneas. de rebus autem obscurissimis et tamen diuinis, quomodo deus et nihil mali faciat et sit omnipotens et tanta mala fiant et cui bono mundum fecerit, qui non erat indiguus, et utrum semper fuerit malum an tempore coeperit et, si semper fuit, utrum sub condicione dei fuerit et, si fuit, utrum etiam iste mundus semper fuerit, in quo illud malum diuino ordine domaretur — si autem hic mundus aliquando esse coepit, quomodo, antequam esset, potestate dei malum tenebatur et quid opus erat mundum fabricari, quo malum, quod iam dei potestas frenabat, ad poenas animarum includeretur? si autem fuit tempus, quo sub dei dominio malum non erat, quid subito accidit, quod per aeterna retro tempora non acciderat? in deo enim nouum extitisse consilium, ne dicam impium, ineptissimum est dicere. si autem inportunum fuisse et quasi improbum malum deo dicimus, quod nonnulli existimant, iam nemo doctus risum tenebit, nemo non suscensebit indoctus; quid enim potuit deo nocere mali nescio qua illa natura? si enim dicunt non potuisse, fabricandi mundi causa non erit; si potuisse dicunt, inexpiabile nefas est deum uiolabilem credere, nec ita saltem, ut uel uirtute prouiderit, ne sua substantia uiolaretur; namque animam poenas hic pendere fatentur, cum inter eius et dei substantiam nihil uelint omnino distare. si autem istum mundum non factum dicamus, impium est atque ingratum credere, ne illud sequatur, quod deus eum non fabricarit — ergo de his atque huius modi rebus aut ordine illo eruditionis aut nullo modo quicquam requirendum est.

XVIII. 47. Et ne quisquam latissimum aliquid nos conplexos esse arbitretur, hoc dico planius atque breuius, ad istarum rerum

1 huiuscemodi *M* 2 paenitus *P* contempnis *P* quo (*s.* co) admoneo *A* 8 indigus *ATm2* indignus *Tm1a* 11 domitaretur *Ma* dominaretur *m* 13 fabricare *Tm1* 14 fenabat *Tm1* 16 se extitisse *P* constitisse *A* 19 *alt.* nemo] ne modo *A* 20 succensebit *AM edd.* qua] quae *H.* quia *M* qualis *Am2* 22 erat *M* 23 saltim *AMP* ut *om.M* ne] nec *HP* 24 hinc *AT* 27 n̄e *T* illum *T* 28 huiuscemodi *M* 30 nos *om.M* 31 arbitretur *Tm2 in ras.* arbitraretur *Am1*

cognitionem neminem adspirare debere sine illa quasi duplici scientia bonae disputationis potentiaeque numerorum. si quis etiam hoc plurimum putat, solos numeros optime nouerit aut solam dialecticam. si et hoc infinitum est, tantum perfecte sciat, quid sit unum in numeris quantumque ualeat nondum in illa summa lege summoque ordine rerum omnium. sed in his, quae cotidie passim sentimus atque agimus. excipit enim hanc eruditionem iam ipsa philosophiae disciplina et in ea nihil plus inueniet, quam quid sit unum, sed longe altius longeque diuinius. cuius duplex quaestio est, una de anima, altera de deo. prima efficit, ut nosmet ipsos nouerimus, altera, ut originem nostram. illa nobis dulcior, ista carior, illa nos dignos beata uita, beatos haec facit, prima est illa discentibus, ista iam doctis. hic est ordo studiorum sapientiae. per quem fit quisque idoneus ad intellegendum ordinem rerum, id est ad dinoscendos duos mundos et ipsum parentem uniuersitatis, cuius nulla scientia est in anima nisi scire, quomodo eum nesciat.

18. Hunc igitur ordinem tenens anima iam philosophiae tradita primo se ipsam inspicit et, cui iam illa eruditio persuasit aut suam aut se ipsam esse rationem, in ratione autem aut nihil esse melius et potentius numeris aut nihil aliud quam numerum esse rationem, ita secum loquetur: ego quodam meo motu interiore et occulto ea, quae discenda sunt, possum discernere uel conectere et haec uis mea ratio uocatur. quid autem discernendum est, nisi quod aut unum putatur et non est aut certe non tam unum est quam putatur? item cur quid conectendum est, nisi ut unum fiat, quantum potest? ergo et in discernendo et in conectendo unum uolo et unum amo, sed cum discerno, purgatum, cum conecto, integrum uolo. in illa parte uitantur aliena, in hac propria copulantur, ut unum aliquid perfectum fiat. lapis ut esset lapis, omnes eius partes omnisque natura in unum solidata est. quid arbor? nonne arbor non esset, si una non esset? quid membra cuiuslibet animantis ac uiscera et

4 et *om. M* 5 nūdū *T* in *om. HMPa* 6 iis *m* 9 inuenit *ATm* 11 nostram *om. M* 12 carior] elatior *a* 14 ordo *om. T* 16 in *add. Pm1 s.l.* 18 ergo *M* 19 se ipsam primo *AT* 23 possūṇṭ (*corr. m1*) *P* uel] et *M edd.* 24 quid] quod *Am2* quod aut] aut id quod *M* 25 *quam* *A* 27 *alt.* uno *Pm1* 28 conectendo *H* 31 non (ne *s. m1*) *P* 32 animamtis *Pm1* ac] et *M*

